www.e-rara.ch

Demosthenis et Aeschinis principum Graeciae oratorum opera

Demosthenes

Basileae, [1571-]1572

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-98668

Demosthenici Operis Graecolatini Tomus VI. Et Ultimus

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

DEMOSTHENICI OPERIS GRAECOLATINI TOMVS VI. ET VLTIMVS:

Qui habet

I. *Hieronymi Vvolfij annotationes in loca obſcuriora omnium operum Demoſthenis & Aeſchinis.*

II. *Varias lectiones totius operis Demoſthenis, è quatuor diuerſis codicibus collectas.*

III. *Caſtigationes Obſopœi.*

IIII. *Veteres præfationes & epigrammata.*

V. *Indicem totius uoluminis accuratum.*

BASILEAE, M. D. LXXI.

IN GNOMOLOGIAE ET ANNOTA-

TIONVM SPECIMEN, ANNO M. D. L.

editum, Hieronymi Vuolfij Præfatio.

QVVM ſententias ex Iſocrate collectas, præter expectationē meam, eruditis non ingratas accidiſſe intellexiſſem: ſtatuerā eandem in toto Demoſthene explicando rationem ſequi: neque Latinas duntaxat afferre, ſed Græcas etiam, ubi res facultatem haberet, aſcribere. Quod quum per ocium in præſentia præſtare non liceat: ea ſolum in hoc tempore uiſum eſt edere, quæ ex prima Olynthiaca deprompſi atque annotaui. Quæ ſi doctis & æquis lectoribus non improbabuntur, & ſi quando his ærumnis, quibus iamdiu conflictatus ſum, liberabor, ea quæ reſtant in adoleſcentiæ gratiam pari diligentia perſequar. Quanquam, ſi ſtudium non deſit, facilè quiuis demonſtratam à me uiā, aut ſi qua eſt (ut fortaſsis eſt) breuiorem & meliorem, ſuo Marte ingredietur: quod genus ſit, ſi quis ad certa quædam capita uirtutum & uiciorum (quod ut laborioſius, ita etiam artificioſius, & ad uitandam ſuperuacaneam earundem rerum repetitionem & confuſionem, aptius fuerit) omnia reuocarit, & locos communes, quos uocant, inſtruxerit. Nam ſimplex ille inſignium ſententiarum delectus: qualem olim, quum Demoſthenem primùm legerem, ut eas inter deambulandum meditarer atq; ediſcerem, mea cauſa potiſsimùm confectum, habeo: diligentiæ cuiuſdam potius eſt, eiuſq; nec iniucundæ, nec inutilis, quàm alicuius artificij ſingularis, aut ingenij. In hoc autem opere plus fuiſſe cogitationis ſuſcipiendum, ſæpe ad ueterum, ſæpe ad noſtrorum temporum hiſtorias reſpiciendū, ſæpe ὑπόθεσιν ad θέσιν transferendam: attentus Lector facilè deprehendet. Quo facilius autem quiuis meum hoc inſtitutum, ſi placuiſſet, imitaretur: ea Græca uerba, quæ mihi ſententias pepererunt, appoſui: neque alienum huic operi putaſſem, addere alicubi ἀλλοιολογίας, exempla, & ſimiles aliorum ſententias, quod paruo ſanè labore mihi conſtitiſſet: niſi modus uideretur adhibendus, & cauendum Lectoris faſtidium: cum alioqui minutiſsima quæq;, ſcrupuloſius etiam quàm fortaſsis oportuerit, ſim perſecutus. Quanquā, qui cogitabit, Demoſthenem plus habere in receſſu, quàm prima fronte promittat: is negligentem diligentiſsimi ſcriptoris lectionem uicioſiſsimā eſſe putabit: idemq;, ſi plura prætermiſiſſe nos, quàm obſeruaſſe credet, id uoluntate mea non eſſe cōmiſſum ſciat: ſiquidem huius operis initio, μικρολογίας quàm ἀμελείας nomine malui reprehendi: præſertim, cum hic contrà quàm alibi fieri ſolet, in progreſſu minuatur labor, iiſdem & uerbis & ſententiis ſubinde recurrentibus, acuelut in orbem redeuntibus. quæ repetere ſuperuacaneum fuerit, niſi uel elegantia dictionis, uel alia quæpiam cauſa ita faciendum eſſe ſuadeat. Quod idem & de Annotationibus intelligendum eſt: quarum initio quędam inſerui, propter commonefaciendos & excitandos rudiores: quæ nec ad eruditos ullo modo uolui pertinere, nec in cæteris eandem ſequi rationem conſtitui. Nec enim eos docendos mihi ſumo, qui alios docere poſſunt: neq; iis inculcandis, quæ cuiuis in promptu mediocriter erudito eſſe poſſunt, ocio abuti uolui: ſed eos in primo limine admonere uiſum eſt, qui cum diſcendi cupidi ſint, neminem habent à quo erudiantur. Ac magna quidem ipſe quoq; laboris parte leuatus uideri poſsim ab Vlpiano & Libanio: quorū hic argumenta omnium, ille quarundam orationum, earumq; ferè principum inter cæteras, enarrationes ſcripſit: autor uterq; non parui nominis. Iam Vuilhelmi Budæi, doctiſsimi uiri, Græcæ linguæ commentarij in hoc uelut ex profeſſo conſcripti uidentur, ut ſine ullo commentario, ſuo Marte quilibet in Græcis autoribus liberè uerſari poſſet, hoc præſertim literatiſsimo ſeculo, quo Græcæ literæ paſsim docentur. Verùm ſi ſpecioſis titulis ſepoſitis, & conceptis opinionibus repudiatis, res ipſa ſpectetur: ſudandum ei nihilominus eſſe apparebit, qui Demoſthenem uelit nedum explicare diligēter, ſed uerè duntaxat intelligere. Nam Libanius breuitati, ut ſuſcepti operis ratio poſtulabat, dum ſtudet, cauſarumq; tantum ſummas attingit: neq; partes orationis, neq; ſeriem argumentorum, neq; ferè quicquam aliud, quod intelligendis orationibus ſeruiret, expoſuit. Vlpianus, ſiue temporum uitio, ſiue incuria & petulantia librariorū, & mutilatus, & uehemen-

ter deprauatus ad nos peruénit. Qui tametsi haud dubiè de nostro Demosthene est bene meritus, multaq; illustrauit, quæ sine eo tenebris essent obruta: sæpe tamen (si uerum fateri libeat) plus habet inanium uerborum (id quod nescio quo modo quasi peculiare uitiũ est Græcorum interpretum) quàm utilium rerum: & in artificio explicando ita non raro scrupulosus, ita intricatus, ita obscurus est, ut non ipse Demosthenes magis commentariũ requirere uideatur. Quæ quum ita essent, atq; ego reputarem, quibus mihi laboribus, quibus uigilijs post lectos non modò Budæi commentarios, sed post Harpocrationem etiam, & Hesychium, & Pollucem, & Suidam, & Phauorinum, & alios eius generis autores euolutos, Demosthenis interpretatio constitisset: cum quorundam conuersiones in publicum editas inspexissem: cum, quo pacto diuersis in locis quosdam Græca docentes audiuissem, recordarer: operæprecium facturum me putabam, si pro tenuitate ingenij mei, & quantulocunq; in Græcis literis usu, lucis aliquid afferre locis obscurioribus, & studiosæ iuuentutis siue laborem leuare, siue diligentiam excitare, & occupati lectoris commodis consulere, nec Demosthenem solùm, sed Libanium etiam & Vlpianum eádem opera declarare, & mendas codicum uel indicare, uel tollere, si cubi & fieri à me posse & opus esse uideretur, studuissem. Neq; enim cuiuis statim in promptu ea fore putabam, quæ me diligenter cogitantem, aliquandiu torsissent. Itaq; in animo erat, hortante præsertim quodam doctissimo uiro, quamprimùm hoc Opus absoluere, ut cum editione Latini Demosthenis & Vlpiani commentarijs coniungeretur. Sed quum animaduerterem plus in eo esse difficultatis, quàm ut sine multa lectione optimorum utriusq; linguæ scriptorum (ad quos per annos iam complures, in hunc usq; diem docendi scribendiq; molestijs occupato, uix respicere mihi, nedum incredibilem legendi & relegendi ardorem restinguere licuit) quicquam aliquo nomine dignum conscribi posset, ocium autem & tempus ad eam rem deesset: unà cum perficiendi spe, abieci etiam faciendi uoluntatem. Specimen tamen hoc qualecunq; nunc libuit emittere. Quod si nec eruditis improbari, & non ingratum esse studiosis intellexero: fortasse posthac aliquid amplius & eruditius conabor, nisi fortuna & ualetudo studium meum interruperit: operamq; dabo, ut controuersa uel rationibus, uel autoritate, uel exemplis confirmando, neq; necessaria transiluisse, neq; superuacanea inseruisse uidear.

Sed iam præfationum satis, μὴ τὸ πίσαγμα μεῖξον ἡμῖν γένοιτο τοῦ θυλάκου.

GNOMOLOGIA, SIVE SENTENTIAE;

COLLECTAE EX ARGVMENTO LIBA-

nij primæ Olynthiacæ.

ΑΥΝΘΟΣ.) Nomina sæpe temerè, sæpe ab eA uctu facta, tam hominibus quàm urbibus, omen habent. Sic Olynthus, cum spem de se non insuauem præberet, euersa fuit antè quàm ad iustam imperij maturitatem peruenirent.

ὦ.) Clarissimæ olim urbes, nũc nihil sunt: quæ nunc maximè superbiunt, eandem aliquando fortunam experientur.

ὥσπερ.) Vt homines, ita etiã urbes, suo quodam fato tandẽ intereũt.

ἐπὶ δραχμῇ.) Coloniæ in barbaras prouincias potissimum deducendæ cùm ut nostræ inopiæ consulatur, tum ut illæ ad ueram religionem & humanitatem perducantur.

ἀλλοῖόν.) O duram paupertatis conditionem, quæ patria, legibus, institutis relictis, considere cogat inter barbaros.

ἀλλοῖόν.) Magna uis institutionis & naturæ, laudata patriæ instituta in medijs etiam barbaris retinentis.

ἄβλωβον.) Prudens fuit Athenienſium institutum, inopem suæ ciuitatis multitudinem mittendi in colonias.

ἄπειρον.) Athenæ, quæ olim passim colonias dimiserunt: nunc Scibyna dictæ, præter arcem & oppidulum, cuius incolæ aut rapina, aut piscatu uictitant, aut piraticam factitant, nihil habent. Vide Hugonem Fauolium Byzantini bodœporici lib. 3.

πολλοῖ γὰρ πόλεμοι.) Raræ felicitatis est, multa bella, eademq; prosperè & cum laude gerere.

καὶ ἐν ὀλίγοις.) Etiam ij tandem pereunt, qui res præclaras gesserunt.

ἀβλωβέστερον τὸ καὶ πολεμηθέντας.) Potentes & celebres aduersarios superasse, ea demum magna laus est.

ἀβλωβέστερον.) Spacio temporis & infinitate propagationis exoleſcit coniunctio familiarum & urbium: & hostes fiunt, qui olim fuerãt inter se coniunctissimi.

ἀβλωβέστερον.) Metropolis & coloniæ bellum, quid aliud est quàm rixa matris & filiæ?

ἀβλωβέστερον.) Quos nobis defensores paramus, ij hostilia sæpè faciunt.

ἀρχαί.) Imperia pleraq; uiolenta sunt, & magis armis quàm iure constituuntur: potentior imbecilliorem opprimit.

Ἑλλάδων.) Natio Græcorum etsi libertatis amantissima, non tamen dominatum aliorum euitare potuit: aliàs Athenienſium, aliàs Lacedæmoniorum, aliàs Macedonũ, aliàs Romanorum, at nunc acerbissimo tyranni Turcici oppressa imperio.

τὸ πολυχρόνιον.) Nullus dominatus est perpetuus, præsertim uiolentus: ab alijs ad alios imperia transferuntur.

εἰρήνην περὶ πλείονος.) Pax diutius retineri non potest, quàm finitimi patiuntur.

εἰρήνην.) Rebus, bello potissimùm bene gestis, augetur urbium celebritas & potentia.

χρόνῳ τι.) Nemo repentè magnus fieri potest: magnitudo quidem subitò se nonnunquam conspiciendam præbet.

διὰ φιλοπονίαν πρόσοδοι.) Industria & diligentia & assiduitate (numinis tamen fauorem in primis exorari atq; accedere necesse est) tam priuatæ opes, quàm publicæ crescunt.

πρόσοδοι.) Qualis est sors mortalium? Vrbis florentissimæ opes, multis annis auctæ, uno die subitò perierunt.

τὸ συγγενῶν.) Nulla æqualitas fortunarum, potentiæ, dignitatis, diuturna esse potest. Natura ita ferì, ut aliqui tandem emineant, cæterisq; dominentur.

πολύ τι γὰρ.) Vt coniugiorũ, ita etiã urbiũ dispar est fœcũditas.

χαλκείαι.) Ad fodinas metallicas multi confluunt: ac tandẽ crescente hominum multitudine magis quàm pecunia, ob locorum angustias, alias quærere sedes coguntur.

βασιλέα συμμαχίαν.) Fœdera & societates ciuitatum præsertim cũ principibus coniunctiones, quibus miseri mortales res suas in tuto collocare student, multis perniciem attulerunt.

τῷ μακεδόνι.) Finitimorum societas plerumq; expetitur.

μετ' ἀνάγκης.) Commune periculum sæpè coniungit eos, qui alioqui inter se dissident.

μετ' ἀνάγκης πρόσ.) Quanta est miseria mortalium, qui nonnunquam eorum quos oppugnarunt, opem implorare coguntur?

ἀλυσιτέλη.) Dona principum sunt autoramenta seruitutis.

ἀλυσιτέλη.) Muneribus initiò nihil est iucundius: sed tristẽ aliquando sui memoriam relinquunt.

παρὰ τῶ μακεδόνι.) Hostium dona non sunt dona. τὰ τῶ ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα.

ἀμφισβητήσιμον.) Homines callidi, & de suo iure cõcedere, & liberalitate uti non dubitant in eos, quos suis rebus opportunos fore putãt.

ἀμφισβητήσιμον.) Vrbes & regiones imbecilliores, in medio potẽtiorum sitæ, materia sunt bellorum, & pila quædam fortunæ.

ἀπολειφθέντας.) Tyrannorum liberalitas ferè non aliud est, quàm translatio pecuniarum à iustis dominis ad alienos.

ὕστερον.) Rerum progressiones ostendunt multa, quæ initio prædiderì haud facilè potuerunt.

ὑποπτεύειν.) Tyrannorũ est initio tanta simulandi dexteritas, ut dolus eorum nullus metuatur.

ὑποπτεύειν.) Sæpe quodam animi præsagio diuinamus, à quibus nobis uel bona uel mala impendeant.

Quorum principum subita & magna incrementa cernuntur, fides autem dubia: ij terrori & suspecti esse solent socijs infirmioribus. ὑπὸ πτοοῦντι οἱ βασιλῆς, ὧν ἐφίενται οἱ σύμμαχοι ταχέως καὶ πολλῶ πλέω αὔξησιν, ἢ πίστιν ἢ τὸν γνώμων.

ταχέως.) Raræ felicitatis est, celeritas & magnitudo incrementorum: rarior diuturnitas & constantia.

ἢ πίστιν.) Difficile est sanctam societatem & fidem esse regni.

καὶ τυχόντας.) Fatales calamitates nullo humano consilio possunt uitari.

ἀπόντων.) Per absentiam principum, si qui nouis rebus studẽt, aliquid moliri solent.

πίστεως.) Mira inconstãtia humani ingenij, societatem hostiũ, sociorum inimicitias, quasi permutatione quadã, pro re nata, expetẽtis.

διατηροῦσιν.) Respublicæ tutius societatẽ rerumpublicarũ, quàm principum colunt.

παρὰ τὰς σπονδάς.) Perfidiam non excusat iniuriæ metus, sed infelici conatuum euentu plerunq; Deus ulciscitur.

ἕνωσις.) Ea societatis ratio est, ut communi consilio bella & suscipiantur, & deponantur.

ἔχθρ ἄλλο τι λέγειν.) Amicitiæ & inimicitiæ mortaliũ nõ sunt immortales: humana consilia regũtur temporibus, mutãtur ratione utilitatis.

πρόφασις.) Tyrannis, ad opprimendos imbecilliores, nihil deest, præter honestam speciem & occasionem. πρόφασιν μόνον εἰ τύραννοι, ὅτι τὸν ἀδύνατον.

πρόφασιν ἀνάμενον καιρὸν λαβών.) Cupidè arripiuntur diu quæsitæ, ac oblatæ tandem occasiones.

πρὸς τὸν ἐχθρόν.) Ad reprimendum communem & potentiorẽ hostem, etiam hostium societas expetitur.

τὰς σπονδάς.) Turpissimum est perfidiæ crimen.

παραβαίνουσι.) Dictorum conuentorumq; uiolatione, rumpuntur fœdera, bellorum non iniustæ causæ suppeditari uidentur.

ἀπὸ ἀβλαβῶς.) Coloniæ, tametsi rebus secundis oblitæ ueteris coniunctionis, tamen in periculis ad metropolim, ut filij contumaces ad parentes, confugiunt.

ἀπὸ ἀβλαβῶς.) Insignis Athenarum humanitas, ad quas in rebus afflictis omnes penè Græci tanquam in portum se recipiebant.

B

οἷς δημοσθένης.) Qui à principibus aut ciuitatibus aliquid impetrare studẽt, consiliarios & oratores in primis sibi conciliant.

συναγορεύει.) Qui adducti muneribus, alijs patrocinantur, honestã defensionis speciem quærunt.

Pannoniarum incolumitas est Germaniæ propugnaculum. ἡ τῶν παννονίων σωτηρία, τῶν γερμανῶν ἀσφάλεια ἔστιν.

λυσανίας.) Orator in bona causa, imperãdi autoritate præditus est.

θαρσύνων.) Nostris animũ addere non melius possumus, quàm aduersariorum uiribus extenuandis.

Publica pecunia ad defensionem Reip. conferenda potius, quàm in spectaculis consumenda est. τὰ δημόσια χρήματα δεῖ ποιεῖσθαι στρατιωτικὰ μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς θεωρίαις διανέμεσθαι.

ὁ παράδοξος.) Ignotos ritus ueterum, & historias explicare, uel in primis est opus.

ἀνάγκη.) Veterum in ædificijs, cultu & uictu, maior simplicitas fuit, & frugalitas: maior item prudentia & fortitudo.

πόροι.) Angustiæ & incommoditates locorum, rixas pariunt.

σπουδάζωσι.) Ad uoluptates magis festinatur, q̃ ad officiũ faciẽdũ.

πλυγέα.) Magnæ stultitiæ est, propter leuem & breuem uoluptatem cum alijs digladiari.

τοῦτο λωλύσαι.) Magistratuũ munus est, prohibere ciuiũ dissẽsiones.

ἀνητὸς ἐποιήσαντο.) Pecunia in emendo & uendendo æquat summis infimos, tollitq; dissidium.

C

λαμβανόντα.) In emendo, tempore qui prior est, potior quoq; iure putatur. A

οἱ νόμοι δεῖ.) Diligenter cauendum, ne quæ leges rogari, ne quæ instituta recipi in fraudem pauperum uideantur.

τῷ αὐταλώματι λυπεῖσθαι.) Pauperibus, imò ditissimis etiam, impensæ insolitæ molestissimæ sunt.

προβολή.) Largitiones à paruis profectæ initijs, in immensum crescunt: nec priuatorum modò loculos, sed ærarium etiam ciuitatis exhauriunt.

ἀλάμβανον.) Auræ popularis captatores, de alieno sunt in plebem liberales.

Οὐδὲν γὰρ πόλει τῶν πρὸς τὰς.) Nulla maior pestis rerumpublicarum esse queat, quam uulgi, natura ignaui, ferocis, luxurioſi, collocupletatio.

Ciues stipendijs datis pro defensione reipub. militare debẽt. Διὰ τοῦτο πολίτας ὑπὲρ σωτηρίας δεῖ παρίεσθαι τραπομένους, μισθὸν λαμβάνειν παρὰ δὲ πόλεως.

ἐν ταῖς θωρίαις.) Vulgus, nisi urgeret inopia, nec opus faceret, nec militaret: sed in ocio, spectaculis, lusibus & epulis indulgeret.

θωρίαις.) Aurium atq; oculorum uoluptas minimè illiberalis est.

Qui habent unde uiuant, grauatè militatum abeunt, & pericula reformidant. οἱ τὰ ἱκανὰ τοῦ βίου ἔχοντες, ἐπίστασθαι θέλουσιν ἄδικα καὶ λυπηρὰ πάσχειν.

θεσπίσαι.) Vulgus eas leges pertinaciſsimè defendit, per quas licet indulgere genio.

σύλαβῶς.) Cautè suadenda, quæ lege aliqua interdicta, aut alioquin populo ingrata sunt.

μὰ Δί' ἐπαγωγῶς.) Nemo nisi desperatus, ea uerba proferre uolet, quæ per iugulum autoris reditura sint. B

διάλυσις ἐστί.) Nihil prætereundum est, quod ad rem pertineat.

διάλυσις.) Dialectici est, totius negocij naturam complecti animo, & proferre in medium.

Nisi ciues ipsi defendendæ patriæ studioſi, unà militent, mercenaria, qui solam mercedem spectant, rem plerunq; malè gerunt. τὸ μὴ τοὺς πολίτας αὐτοὺς στρατεύεσθαι, ἀλλὰ διὰ ξένων ποιεῖσθαι τὰς βοηθείας, ἄτοπον ἔστι τὰ πράγματα ἀπόλλυσθαι.

ἄτοπον.) Qui rem in integrum restitutam uolunt, causam malorum inuestigare & tollere debent.

SENTENTIAE E' PRIMA DEmosthenis Olynthiaca, & Vlpiani enarratione.

Δημοσθένης.) Nomen cum re cõsentit. Verè enim Demosthenes præsidio fuit populo, & patriæ libertatis acerrimus defensor.

ῥήτωρ.) Magna eloquentiæ uis, ut quæ potentiſsimos etiam reges oppugnet.

ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι.) ὦ, excitat minus attentos: ἄνδρες, commonefacit fortitudinis: ἀθηναῖοι, felicitatis & sapientiæ.

νομίζω.) Cauenda est oratori, in rebus dubijs præsertim, affirmandi temeritas, quæ contentioſiorem efficit auditorem.

ὑμᾶς.) Quo animo sint auditores, probabili coniectura est è dictis & factis eorum indagandum.

ὑμᾶς τιμᾶσθαι.) Honorificè de auditoribus nos sentire, præ nobis ferre debemus.

πραγμάτων.) In arduis deliberationibus, magno emendum esset prudens & fidele consilium.

Reipublicæ utilitas magnis priuatis opibus præferenda est. ἀντὶ πολλῶν ἰδίων δεῖ χρημάτων, τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει.

Vtilitas pecunijs solet anteponi. προτιμῶσιν οἱ ἄνθρωποι χρημάτων τὸ συμφέρον.

πολλῶν χρημάτων.) Solet Demosthenes in exordijs 1. spargere semina argumentorum orationis. 2. Labefactare ea quæ incommodare sibi præuidet. 3. Aduersariorum rationes ad suam utilitatem pertrahere.

φανερόν.) Quid expediat, latet atq; obscurum est: sed sapientis uiri cogitatione eruitur, hominis eloquentis oratione declaratur.

ἀγαθοῦ.) Optandum est, in arduis deliberationibus habere, quorum fidelibus & sapientibus utare consilijs.

τὸ μέλλον σωθήσεσθαι.) Non tam uidendum, quid in præsentia blandiatur, quàm quid deinceps sit è re futurum.

περὶ τῶν νῦν.) In deliberationibus reipub. alijs affectibus repudiatis, bonum publicum duntaxat est spectandum.

ὅτι τοίνυν.) In arduis negocijs attentè cupideq; audiendi sunt, qui consilium dare uolunt. χαλεπῶν ὄντων τῶν πραγμάτων, προσήκει προθύμως ἀθύλειν ἀπάσιν τὸν βουλεύσειν.

τὸ δ' ὅτως.) Grauis est deliberatio coeundæ belli societatis: cum ijs præsertim, qui statim armis defendendi sunt.

ἀγαθ.) Optabile est deliberantibus, uel à meditatis afferri, uel ab impræmeditatis offerri, utile consilium.

λάβοιτο.) Vtilitas quauis ratione oblata, repudianda non est, nisi pugnet cum honestate.

Non temerè irruere, sed aliquid utile meditati, accedere debemus ad deliberandum, aut dandum consilium. Διὰ τί χρήσιμον ἐνεμέμνην ἦκεν τὸ βελόμενον συμβουλεύειν.

τοῦτ' οὐ ἀνήσονται λάβοιτο.) Non fugienda est audiendi molestia, quæ aut lucro utilis consilij doctrinæq; beat: aut certè nihil incommodat, nisi quod perit tempus.

Οἱ Ἀθηναῖοι.) Athenienses, quanquam sapientiſsimi habebantur, plura tamen fortunæ benecuolentia, quàm consilij prudentia conficere uisi sunt.

τύχης.) Fortunæ, quæ omnibus in rebus dominatur, in deliberationibus etiam quædam est habenda ratio.

τύχης.) Fortuna prudentiam non raro uincit: etsi prudentiæ munus est, fortuitos casus prouidere & moderari.

τύχης.) Recordatio rerum secundarum superioris temporis, addit animos uulgo: prudenti non item, rerum humanarum inconstantiam consideranti, fortunæq; temeritatem.

τύχης.) In exhortando prodest, auditoris prædicare uires & felicitatem. (citatem.

πολλὰ τῶν δεόντων.) Vt non omnia prudenter dicantur, aut fiant: at in pleriſq; fungi officio, præclarum est.

πολλὰ τῶν.) Quis nam sagittarius artis suæ tam est peritus, ut nunquam aberret à scopo?

ἐν τῷ παραχρῆμα.) Magni est ingenij, statim in re præsenti uidere atq; intelligere, quid dicto & facto sit opus. Turpe conuicium illud, πρεσβύτης μετὰ τὰ πράγματα: hoc est, re acta demum intelligere, quid fieri debuisset.

νέοις.) Quorundam, non omnium, est ea ingenij celeritas, quæ statim uideat quid deceat.

ἐν τῷ παραχρῆμα νέοις.) Quorundam subitæ cogitationes meditatis aliorum consilijs antecellunt.

αὐτοῦ ἐπιλήψεων.) Subiti motus ingeniorum, animorumq; impulsiones, plerunque sunt, si pareas, magni aut boni aut mali causa (excitantur enim aliàs diuinitus, aliàs ab hoste humani generis) raro mediocritatẽ seruant, raro nullas significationes habent.

αὐ ἐπιλήψεων ἀπάντων.) Is demum in magnis uiris est habendus, qui quid è republica sit, intelligit, atq; idem dicendo explicare potest. Quòd si id quoq; accesserit, ut strenuè conficiat: nihil ad eius laudes accedere posse uideatur.

Multa opportuna dictu, fortunatis & ingenioſis subitò ueniunt in mentem. πολλὰ τῶν διένθων ἐν τῷ παραχρῆμα τοῖς σύνεγγύς τι πρὸ σφῶν αὐτοῖς ἐπιλήψεων ἐπῶν.

Prudentes ex omnium sententijs utilia facilè deligunt. ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίᾳ γίνεται τοῖς εὖ φρονοῦσιν ὁ τῶν συμφόρων αἵρεσις.

ἐξ ἁπάντων.) In deliberationibus, animus in omnes partes est uersandus: omnia perſequẽda sunt tam commoda quàm incommoda, quæ in rebus insunt.

ῥᾳδίαν.) Multitudo rationum prudentes expedit: hebetiores intricat, & inopes consilij facit.

τῶν συμφόρων.) Multa speciem habent utilitatis, sed unum quidam uerè expedit.

τῶν συμφόρων.) Vtilitas (Cicero dignitatem tradit) finis deliberatiui generis statuitur.

αἵρεσις. on, nisi rebus probè deliberatis, decernendum est.

αἵρεσιν.) Facilius est inuẽta cõsilia cõprobare, quàm noua inuenire.

Inuentio, est prudentis oratoris: delectus consiliorum, non stulti auditoris. τὰ μὲν δὴ εὑρίσεως, φρονίμου ῥήτορος· τὰ δὲ αἱρέσεως, ἐπ' αὐτῷ ὄντι ἀκροατοῦ.

ἀγαθὸν μόνον.) Oratori cauenda est arrogantiæ opinio, ne uel solus audiri uelle, uel suas rationes optimas credere uideatur.

ἐμὲ δεῖ.) Res ipsa ultrò monet, quid fieri oporteat: consiliumq; attentis longè melius suppeditat, quàm perplexæ oratorum coneiones.

ὁ παρὼν καιρός.) Grauißimæ sunt, & sapientißimæ occasionis coneiones: eædemq; perspicuæ, nec sine pernicie negliguntur.

μονονχί.) Maior est oratorum in fingendis personis uerecundia, quàm poetarum.

λέγει, φωνὴν ἀφιέσ.) Stulti non audiunt uocem clamantis sapientiæ.

φωνή.) Occasionis uox non aliud est, quàm diligens temporum, & omnium, ut uocant, circumstantiarum consideratio.

καιρός.) Occasio, est diuinitùs oblata rei bene gerendæ cõmoditas.

Occasionis concio hæc est: Rerum tuarum ipsi tibi suscipiendam esse curam, nisi perire malis. ὁ καιρὸς λέγει, μονονχὶ φωνὴν ἀφιείς, ὅτι σαυτοῦ τῶν πραγμάτων σὺ αὐτὸς ἐπίτροπος δεῖν, ἐπεὶ τἄλλα σωτηρίας ἕνεκα βουλεύσει.

Oblata

Oblata opportunitas non est amittenda.) ὁ λᾶ τ' παραπιπτωσάτα καιρὸν ἀφεῖναι, ὡς ὄψη λαιψὸς αὐτὰ πάλιν ὀψὲ τ' πραγμάτων.

σωτηρίας αὐτῶν.) Ut sedulò tuendi sunt, quibus perditis & tibi sit pereundum.

αὐτῶν.) Auditor non melius excitari potest, quàm si salus ipsius agi dicatur.

αὐτῶν.) Etiam summæ opes negligentia dilabuntur.

ἀφροντίστου.) Incredibile est, cuiquam tantam socordiam innatam esse, ut suam salutem negligat.

ἐν οἷς.) Tam perplexum & mutabile uulgi est ingenium, ut quid constanter uelit, aut nolit, non facilè possit intelligi.

ἡμᾶς.) Demosthenes plerunq; in reprehensionibus se quoq; complecti, laudes in uniuersum populo transcribere solet.

τρόπον ἔχειν.) Artis est, citra offensionem auditorum (id quod fit tectis & mollioribus uerbis) in exordijs præsertim, uitia castigare.

ἡμᾶς δ' ἐν οἷς.) Quanto cum dolore boni uiri uident socordiã & uecordiam eorum, quibus optimè consultum uolunt?

τάχ' ἂν οἰσθ'.) Orator suum consilium ita proponit, ut nemini, qui melius aliquid attulerit, obstet.

Deliberatis rebus, citra moram instrui, & exequi negocia debemus. ἀλλ ψηφίσασθαι μὴ παρασκευάσασθαι πλὴν ταχίστου.

Cauendum ne sæpius in eandem fraudem nostra culpa incidamus. φυλάττεσθαι χρὴ, μὴ πάθωμεν ταυτὸν, ὅπερ μὴ πρότερον ἄλλα πολλάκις πεπόνθαμεν.

πρεσβέων.) Decretis auxilijs, apparatu celeri, legationib. facundis & promptis, trepidantes socij confirmantur.

καὶ παρόντα.) Eorum legatorum magna est autoritas, qui nõ uerba duntaxat nunciant, sed rebus etiam gerendis intersunt.

ὡς ὀξὺ μάλιστα.) Callidi aduersarij diligentißimè sunt cauendi.

μὴ πανοῦργον.) Homines callidi, & in rebus gerendis acres, ampli ficare solent imperia.

τὰ μὲν ἄκων.) Homines callidi aliàs cedunt ijs, quorum coniunctionem ambiunt, aliàs minitantur, aliàs criminantur aduersarios: obsequio, minis, calumnijs pugnant.

ἐνίκα.) Tempori est ubiq; seruiendum.

Principum minæ non sunt contemnendæ. εἰ τύραννος ἀξιόπιστος ἀν ἀπέφαινετο ἀπειλῶν.

πλὴν ἀσφαλῶς.) Qui socijs periclitantibus non succurrunt, facilimè deferuntur.

πρίψαιτο.) Quum hostium potentia penitus destrui non potest: at opera dari debet, ut eorũ incrementa impediantur, & aliquid de summa rerum detrahatur.

παρασπάσαι.) Sociorum alienatio, est ueluti membri à corpore auulsio.

ὁ μὲν ἀλλ' ἑπομένως.) Omnis commoditas sua fert incommoda secũ. & contrà: Incommoda - am habent aliquid commodi.

Vnius imperium ad conciliandam liberarum ciuitatum societatem, non accommodatum est. ἡ μοναρχία πρὸς τὰς καταλλαγὰς, τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀμεταμελήτους, ἀνεπιτηδείως ἔχει.

καὶ βέλτιστον.) Acuti oratoris est, etsi nonnulla concedere cogitur, aduersariorum tamen & uires eleuare, & argumenta inuertere: & ea quæ auditores terrent, ad consolandum adhibere.

Regum summum præsidium, & prærogatiua est, ad bella celeriter & in tempore gerenda: quòd unus homo omnia & aperta moderatur: quòd idem simul & dux est, & dominus, & quæstor: quòd ipse ubique adest exercitui. τὸ, ἕνα ὄντα, πάντων ἄνευ λύσειν, καὶ ῥητῶν μὴ ἀπορρήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν, καὶ δεσπότην, καὶ ταμίαν, καὶ πάντα χὼ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι· τοῦτο τὸ δυσμαχώτατόν ἐστι τῶν βασιλέων, καὶ πρὸς τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι, πολλὴν ῥοπὴν ἔχει.

ἄρμα & πολίσασθαι.) Aliquid habere uirium eos necesse est, cum quibus rexta gratiam redire cupit.

πρὸς ἀλωλίσε.) Incitandi cunctantes optima ratio est, apponere æmulum, qui quod ipsi accidere dubitent, intercipere studeat.

Vigilandum est, cum non de finibus aut gloria, sed de excidio dimicatur. ἐγρηγορέναι δεῖ οἷς οὐκέτ' ἔστιν ὅτι οὐ πρὸς δόξης ἀλλ' ὑπὲρ μὲν φεύγειν πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ καὶ πατρίδος.

ἀνατίνει.) Quibus & clades, si uincantur, perniciosa, & reconciliatio cum hoste, periculosa est: eorum in tuenda societate inconstantia non est metuenda.

ἀνατίνει ἔχει.) Videndum inter quos possit, inter quos non possit esse amicitia.

ἀνατίνει.) Inæqualium non esse potest diuturna societas.

καὶ ἴσασιν.) Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

καταίσχει.) Crudelitas & perfidia, deterrent & à deditione, & à reconciliatione.

A τὸν τύραννον ἐξ ἀμύνης.) Non tutum est tyrannum cum exercitu intra mœnia recipere, tametsi nihil hostile præ se ferat.

Omnino, mea quidem sententia, unius imperium liberis ciuitatibus, finitimis præsertim, est metuendum. μὴ ὅλως, ἀπίστου, οἶμαι, τοῖς πολίταις ἡ τυραννὶς, ἄλλως τε καὶ χώραν ὅμορον ἔχουσι.

Demosthenes exẽplis sententias solet subijcere. Δημοσθένης ἀπὸ τῶν μερικῶν παραλόγματα, τῷ καθόλου δὲ γνώμας ταῦτ' ἐπιφέρεσθαι.

ὅμορον χώραν.) Ipsa uicinitas li- & controuersias & bella parit.

ὅμορον.) Principes, finitimos primùm oppressos & subactos uolunt, uel quòd ipsorum rebus maximè sunt opportuni, uel quòd per eos transitum habere possunt ad alienos.

Vrgente necessitate, uelle & excitari, & in bellum Turcic si unquam, nunc certè, incumbere, pecunijs alacriter conferendis, i ue aciem descendendo, & omni officio faci do, debemus. γιγομένης δὲ, αὐάγκης, ἡμᾶς φημὶ δεῖν ἑλέσθαι, καὶ παρεξωθεῖν, καὶ τῷ πολέμῳ δὲ πρὸς τὸν τύραννον προσέχειν, ἄπερ ποτὲ καὶ νῦν, χρήματα εἰσφέροντας προθύμως, καὶ αὐτὸν ἰόντας, καὶ μηδὲν ἀλλάττοντας.

Auditor non à solis oratoris uerbis pendere, sed ipse, quæ opus sunt omnia, considerare debet. ἀλλ τοὺς ἀκούοντας μὴ τῶν τοῦ λέγοντος ῥημάτων ἠρτῆσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τἄλλ' ἃ προσῆκε, σκοπεῖν ἐνθυμεῖσθαι.

Cum ultrò eueniunt, quæ expetimus: nulla neque ratio neque excusatio nobis superest, quo minus officio fungi uelimus. γιγομένων ὧν ἐφ' ἡμῖν αὐτομάτων, ἁπλῶς λέγω, ἐν σπουδὴ ἐμοὶ, τὰ μὴ τὰ λυσιτελοῦντα ποιᾶν ἐλέσθαι, ὑπολείπεται.

B ὑπολιμῶσαι.) In hostes, quibus par esse solus haud possis, alios concitare, artis esse creditur.

ἐφυλλάξατο.) Turpe est, noti factum compotem, ea negligere quæ optaris.

γίγνεσθαι αὐτόματον.) Vltrò nonnunquam fiunt, quæ magno labore uix possent confici.

συμφέρει.) Non tam refert fieri quod optauimus, quàm nobis utiliter fieri.

Qui ab alijs impulsi bella suscipiunt, infirmi socij sunt, & ad tempus in eadem sententia manent. οἱ ὑφ' ἑτέρων πεισθέντες αὐτολέμιοι πόλεμον, σφαλερὸν σύμμαχοι, καὶ μέχρι τοῦτ' ἰσχυρότατοι εἰσίν.

Criminationes, mutua inter nos odia pariunt. ἐν τοῖς πρὸς ἡμᾶς ἐγκλήμασι, μισοῦμεν ἀλλήλους.

Firmæ permanent inimicitiæ, quas metus & odium continent. βεβαίαν ἀνὴρ πλὴν ἔχθραν τοὺς αὐθρώπους, ὑπὸ ὧν φοβοῦνται, καὶ πιστεύθασιν, ἔχειν.

Si ab initio statim prudenter & diligenter administraremus omnia, res nostræ loco meliore essent: & molestijs, quas parit socordia, careremus. ἐπὶ ἀρχῆς ὑπὲρ ἁπάντων φρόνησίν τινα καὶ προνοίαν παρεχόμενοι· βέλτιον ἂν σχοῖμεν τὰ ἡμέτερα, καὶ πάντων τ' μετὰ ταῦτ' ἂν ἄνευ ἀπαλλαγμένοι πραγμάτων.

παραλαμβάνειν.) Magnæ stultitiæ est, quod offertur, repudiare: aut amittere per socordiam, idemq; postea magnis sumptibus & laboribus uelle recuperare.

ὑπὲρ ἡμῶν.) Sunt qui alijs melius consulant, quã sibimetipsis: salutem alienam curent, suam negligant.

C πολεμοῦμεν.) Principijs obstandum, nisi uelis hostem indies progredi longius.

ἵνα μὴ καθάπαξ λέγω, διατρίβω.) Qui omnia persequi uolunt, in infinitam incidunt loquacitatem.

διατρίβω.) Solent oratores ueras causas dissimulare, cur aliquid dicant, aut non dicant, & alias sæpe fingere, quæ causæ seruiant.

Qui eorum qui opprimuntur uni primo strenuè, & (quemadmodum decuit) ipsi tulerunt opem: post aduersarijs utuntur multo facilioribus & humilioribus. εἰ ἐν τῶν ἀδικουμένων τῷ πρώτῳ προθύμως, καὶ ὡς προσῆκεν, βοηθήσαντες αὐτοὶ, πολὺ ῥᾴονι ὕστερον καὶ ταπεινοτέροις χρῶντα τοῖς αὐτιπάλοις.

Homines socordes præsentia negligunt, futura ultrò bene processura putant. οἱ ῥᾴθυμοι τ' αὐθρώπων, τὸ μὲν παρὸν ἀεὶ προΐενται, τὰ δ' μέλλοντα αὐτόματα εἶναι σχήσειν καλῶς.

ὠυξήσαμεν.) Aduersariorum ignauia sæpe magis, quàm suis opibus, crescunt aliqui.

καὶ κατωρθώσαμεν.) Egregia laus est, maiorum omnium splendorẽ, siue industria, siue fortuna, siue uirtute superasse.

μακεδονίαν.) Miræ uicissitudines imperiorum: Macedonica gens olim contempta, summum adipiscitur imperium.

ἑλλάς πω.) Vnus heroicus uir totam gentem illustrat.

ὠυξήσαμεν.) Quorum opes ignauia nostra auxit, easdem uigilantia destruet.

φιλίππου.) Industriæ & fortitudinis Philippi testis esse cogitur etiã inimicus Demosthenes.

'νων δ' ὀλιγοῖς.) Paucis contingit amissam occasionem recuperare.

Etsi multa non ita se habent, ut oportebat: tamen si quis uerè consideret, iurè Dei opt. max. liberalitati magnam gratiam habebit. ὅμοιον δ' ἂν εἰκὸς εἴη τὸν ὀρθῶς λογιζόμενον τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ὑμῖν ὑπαρχόντων κατασκευάσματα. καίτοι πόσῳ ἂν ἔχοντων ὡς ἐπὶ τὸ πολλὸν, ὅμως μᾶλλον αὖ ἔχειν αὐτοῖς χαρίσαιντο.

ὅμοιον δὲ καὶ.) Pij oratoris est, animos auditorum ad reuerentiam & cultum Dei immortalis excitare.

Iactura facta, negligentiæ nostræ: dilatio incommodorum, & amissa recuperandi facultas, diuini benignitati accepta referenda est. τὸ μὲν πολλὰ ἀπολωλεκέναι, τὰ ὑμέτερα ἁμαρτήματα αὐτὸν τις θήσεται ἀναίτιον· τὸ δὲ μή τι πάλαι τέτ' ἐπανορθῶσαι, τίσιν ἂν τις ἄλλοις ἢ τοῖς θεοῖς τοῦτο προσθείη; τούτων αὐτέξουσιν· τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ σύνοιδα σύμμετρα· αὐτὸν ἔγωγε θαῦμα.

Vt in parandæ pecuniæ, sic in rebus etiam gerendis fit. Qui enim parta conseruat magnam fortunæ gratiam habet. Qui uerò per incuriam consumpsit: is unà & accepti à fortuna beneficij memoriam consumpsit. ἀλλ' εἰκὸς παρόμοιόν ἐστιν, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν χρημάτων κτήσεως. αὐτὸν μὲν γὰρ ὅσα αὐτὸς λάβῃ, καὶ σῴζειν μεγάλων ἔχει τῇ τύχῃ τὴν χάριν· αὐτὸν δ' ἀναλώσας λάθῃ· σωζομένων καὶ τὸ μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν χάριν.

Eadem est & rerum gerendarum ratio. Qui enim non rectè usi sunt occasionibus: etsi Deus eis bene fecit, tamen non meminerunt, καὶ περὶ τῶν πραγμάτων ἐστίν. οἱ μὲν χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς, ἀλλ' ἀπὸ συμφορᾶς τινὸς παρὰ τοῦ θεοῦ χρηστὸν μνημονεύουσι.

Ex ultimo euentu ea quæ præcesserint omnia solent æstimari. πρὸς τὸ τελευταῖον ἐκβαῖνον, ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων, ὡς τὰ πολλὰ λέγονται.

ἐκβαῖνον.) Casus in euentu est: careat successibus opto. Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Eo diligentius cætera curanda sunt, ut ijs ritè confectis, susceptum dedecus exteramus. σφόδρα δὴ τῶν λοιπῶν ὑμᾶς φρουτίσαι· ἵνα ταῦτ' ἐπανορθωσάμενοι, τὸν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀνοσίαν ἀποτρίψωμεθα.

ἐν ᾧ πρόκειται.) Et tua res agitur, paries quum proximus ardet.

Nisi Pannonios defenderimus, atque Viennam Turca subegerit: quid impediet, quo minus in Germaniam irrumpat? ἐὰν προέσθαι, ὦ ἄνδρες γράμματα, τὸν Παννονίους, ἅπαξ βίσσαν ὁ τοῦτο κατατρίψας· φράσάτω τις ἡμῖν, τί τὸ κωλύον ἔτ' αὐτὸν ἐπὶ βαδίζειν ὅποι βούλεται.

ὅποι βούλεται.) Serum est hostium demum occurrere, quum finitimi omnes subacti sunt.

ὅποι βούλεται.) Cùm mala omnia odiosa sint: prodest res asperas mollioribus lenire uocabulis, aut occultius indicare.

Prodest considerare incrementa Turcica, & causas incrementorum. συμφέρει λογίζεσθαι καὶ διωρᾶν τὸν τρόπον, ᾗ ὁ μέγας γέγονεν, ἀφ' ὧν τὸ παραρχὰς ὁ τοῦτο.

τὸ πρῶτον, μετὰ ταῦτα.) Demosthenes rerum naturam dictione imitatur: moram coniunctionibus interponendis, celeritatem ijsdem adimendis significans.

τὸ πρῶτον.) Principia rerum gerendarum difficultatem habent, post alia negocia, alijs uiam muniunt atque aperiunt.

Magnæ potentiæ est, omnia suo arbitratu constituere. μεγάλης τιμωρίαν ὄντι δυνάμεως, πάντ' ἂν αὐτῷ τις βούλοιτο, συνεπίσασι τρόπον.

τοὺς μὲν ἐκβαλών.) Etiam regum fortuna potentioribus ludibrio est.

ἐνδίδωσι.) Præclaros magnorum uirorum conatus morbi si non euertunt, aliquando tamen interpellant.

Morbus non afferre debet socordiam, sed recuperata sanitas augere diligentiam. δεῖ τοὺς ἀσθενήσαντας μὴ πρὸς τὸ ῥᾳθυμεῖν ἀποκλίνειν, ἀλλὰ ῥᾳΐσαντας τοῖς καλοῖς τῶν ἔργων ἐπιχειρεῖν.

ἀφύμβαν.) Ambitio & auaricia nullam necessitudinis rationem habet.

τί δῆτ' ἂν τίς αὖ.) Generosi animi, hostium successus prædicari, æquis animis non ferunt.

λίγειν νυνί.) Cauendum est, ne quid extra causam inutiliter atque intempestiuè commemoretur.

Quàm perniciosum est, semper aliquid negligere? τὸ προϊδεῖν καθ' ἕκαστον δεῖ τι τῶν πραγμάτων· ὡς ἁλυσιτελές;

Homines acres nunquam ocium agunt, semper aliquibus negocium facessunt. οἱ φιλοπράγμονες τῇ φιλοπραγμοσύνῃ πρὸς ἅπαντας χρῶνται, καὶ συζῶσι.

Alacritas homines acres nunquam rebus gestis contentos, quiescere patitur, οἱ φιλόπονοι καθὸ δὴ φιλοπραγμοσύνης ἐν ἕτερα ὅπως ἀγαπήσαντες τοῖς πεπραγμένοις, ἡσυχίαν ἄγωσι.

Si Turca hoc animo erit, ut semper res maiores gerendas sibi censeat: Christiani autem nullius rei curam & defensionem seriò suscipient: quem tandem exitum fore sperandum est? ἐὰν ὁ μὲν τοῦτο ὡς

A ἀλά τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκὼς ἔσται· εἰ δὲ χριστιανοὶ ὡς ἀδρῶς αὐτιλαμβάνοιεν ἑρρωμένως τῶν πραγμάτων, σκοπᾶν χρή, μὴ τί ποθεν ἐλπὶς ταῦτα τελεσθήσεται;

τίς ἁπλοῦς ὤν.) Nemo ita simplex est, quin bellicosum principem, si nemo prohibeat, proxima quæq; inuasurum existimet.

Quemadmodum ij qui facilè magnis usuris mutuam pecuniam accipiunt, paruo tempore copiosi, tandem fortunis omnibus euertuntur: sic ignauia tandem magno constat, & qui ad uoluptatem omnia referunt, in necessitatem ueniunt faciendi multa quæ nollent, atque de aris & focis periclitantur. ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἔπειτα τίσι μεγάλοις τόκοις, μικρὸν σύνοψοντες χρόνον, ὑστερον ἠναγκάσθησαν ἅπαντα τινὶς ἐπὶ πολλῷ ἀποδοῦναι φανῆναι ἐνδεεῖς, καὶ ἅπαντα πρὸς ὀλεθρίων ἁπτόμενοι, πολλὰ καὶ χαλεπὰ ὧν οὐκ ἐβούλοντο ὑπομεῖναι ἀναγκάζονται ἀλγεῖν ποιοῦσι, καὶ μισθοῦσθαι τὴν αὐτὴν τὴν χώραν.

Reprehendere, facile & cuiusuis est: sed quid de præsenti negocio statuendum sit, pronunciare, id uerò consiliarij munus est. τὸ μὲν ἔπαινεῖν ῥᾴδιον, καὶ παντός· ὅστις τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων ὅτι δεῖ πράττειν, ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' ἤδη συμβούλου.

Homines importuni sæpe non sontes accusant, sed eos qui postremi de rebus uerba fecerunt, si quid ex sententia non successerit. οἱ πρεσβευταὶ τῶν εὐθυνόντων, πολλάκις ὁ τὰς αἰτίας ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων ἀπόντας ὑπ' ὀργῆς ποιοῦνται, εἴ τι μὴ κατὰ γνώμην ἐπράχθη.

Boni ciuis non est, metu priuati periculi non utiliter consulere Reipublicæ. ὃν οἰκεῖά γε λῆψιν τινὸς ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοπεῖν· ὑποστέλλεσθαι περὶ ὧν τῇ πόλει συμφέρειν τὶς ὑγιᾶ.

Foris gerendum bellum, & cùm noster defendendus, tum hostium ager infestandus est. ἔξω χρὴ πολεμεῖν τὴν τῶν ἐχθρῶν κακῶς ποιοῦντα χώραν, τὴν τῶν εἰρήνην ταύτην ἀδίκως παρεσκευάσαντα.

καὶ τρίβωσι.) Terra mariq; bellum Turcis est inferendum.

ὀκνῶ μέν.) Miserrimum est, bellum mouisse frustrà: quid dicendum, si infeliciter?

δίκαιον.) Iniquum interdum est petendum, ut æquum feras.

ὑπομένας τόσο.) Magnæ stulticiæ, atq; adeò impietatis fuerit, oppugnare alienam ditionem, tuam non defendere.

Vrbes uel ipsa obsidionis mora tandem expugnantur. οἱ πολίται προσκαθήμενοι καὶ προσιζάνουσι τοῖς πράγμασι, τῷ χρόνῳ πλείονα τῶν πολιορκουμένων.

ἀπονοίας.) Qui foris bellum gesturus est, operam det, ut domi omnia in tuto sint collocata.

τῷ χρόνῳ.) Diuturnitas obsidionis utrinq; magnos sumptus, magnã animorum constantiam requirit.

ὄντι χρήματ' ἄμεν.) Pecunia, si rectè collocetur, non deest: si malè, deest, ac potius nulla satis est.

τοῖς ὀρθῶς παρασκευάσιν ἀδίκως προσβᾶσι πόρου· τοῖς δὲ μὴ, πρόσβασις, μᾶλλον δ' ἐνδεᾶ πάντας τὰ πόρου.

ὡς βάδιον.) Vulgus accipere pecuniã ullo opus facere, capere molestius, adire pericula, non ullo.

σὺ γράφεις.) Quantæ miseriæ est, metu legum tyrannicarum iniecà linguæ calamoq; frænos, ueritatis & reipub. amantibus!

ἐγὼ μὲ γὰρ ὀκνῶμαι.) Nihil antè suscipiendum est, quàm rebus ad id negocium necessarijs sis instructus.

C Eadem ratio esse debet & accipiendi & officij faciendi. χρὴ μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα.

Exhausto ærario, id reliquum est, ut tributum conferatur. si magna pecunia est opus, magnum: paruum, si res patietur. τὰ λημόσια κενὰ ὄντων. δεῖ δ' ἢ λοιπὸν οἴεσθαι πάντας εἰσφέρειν. καὶ πολλῶν ὄντων, πολλὰ· καὶ ὀλίγων, ὀλίγα.

Omnino pecunia est opus, sine qua nihil rectè potest confici. δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ οὗτοι τῶν ἀναγκαίων ἐστὶ τὰ πλεῖστα.

E multis optima ratio est eligenda. ἄλλων ἄλλα τινὰ λυσιτελέστερα, ἂν μετρίως ὑπάρχῃ τὰ συμφέροντα ἔχειν.

Operæ pretium est considerare & reputare, quo in loco nunc sint res aduersariorum. ἄξιον ἐνθυμηθῆναι καὶ λογίσασθαι τὰ πράγματα, ἐν ᾧ καθέστηκε νυνὶ τὰ τῶν ἀντιπάλων.

Non ut uidentur, neq; ut is dicere queat qui non accuratè consideret, optimo in loco res sunt principum. ἐχόντως δοκεῖ, καὶ φύσει τις οὖσα, μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, σύμπαντας, δὲ ὡς ἂν κάλλιστα τὶς τυράννου τὰ πράγματ' ἔχοι.

Tyranni bella nonnunquã inferunt, non gerendi, sed terrendi causa: ita primo impetu confecturos omnia. ὥστε τὸν πολέμων ἐκφέρεσθαι οἱ τύραννοι, ἀ πολεμεῖν ἐπίστανται, ἀλλὰ τῷ δόκει αὐτὰ ὡς ἐπόντες, ἅπαντ' ἐλπίσαντες τὰ πράγματ' ἀνορίσασθαι.

λίαν.) Etiam sapientissimos frustrantur sua consilia.

παρὰ γνώμην.) Sic parati esse debemus, ut quicquid acciderit, nihil animo sit nouum.

Frustratio

Frustratio spei, & alius eventus quàm expectaris, perturbat, ac magnopere debilitat animos. τὸ διαψεύδεσθαι, μὴ τὸ παρὰ γνώμην γίγνεσθαι, παράληψε τὸς αὐδρας, καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτοῖς παρέχει. A

ἄπιστα.) Vnius hominis aut temporis scelus, nonnunquam toti nationi perpetuam labem & dedecus inurit.

ἄπιστα.) Oratores solent aliquid dare auribus multitudinis, siue laudando, siue uituperando, dissimulata sæpè ueritate.

Quæ natura hominum animis ingenerauit, semper & in oĉs sunt eadem, nec alia quisquam ea experitur. τὰ φύσει ἐν τῆς ψυχαῖς ἐνόντα πᾶσιν αὐθρώποις, ἀεὶ τοιαῦθ' ὑπάρχει, λανθάνει δ' ὥσπερ ὄθνειν, καὶ ὀθ' τῶν ἑκάστων.

λανθάνει.) Nemo mirari debet, se ab improbo homine deceptum esse: non esse deceptum, id uerò magis esset mirum.

ἀπιστῶν.) Accepti beneficij memoria non est apud homines improbos diuturna.

ἁρπαστέον.) Beneficia eripienda sunt insidiatoribus, & abutentibus aliorum liberalitate.

μαγγανικὸν.) Tyrannicæ calliditatis est, simulare, se ijs consultũ uelle, quorum libertati struunt insidias.

τειχίζειν.) Arcium extructio in urbibus, non tam munimentum est salutis, quàm firmamentum seruitutis.

ὄνειρον δ' ἐγεγε.) Nihil uetat oratorem sui commodi causa quosdam rumores fingere.

Vrbium sustentationi, non tyrannorum rapacitati seruire debent reditus et uectigalia. τὰ λοιπὰ τ' πόλιν ἀπὸ τ' προσόδων δᾶ διοικῶν, ἀ τὸς τυράννους λαμβάνειν. B

Principes, si tributa eis nulla penderentur, haud facilè alerent militem peregrinum. αὐ τῶν ἐν τῶν ἀσφαλῶν ἀποτροπῶσιν οἱ δυνάσθαι χρημάτων, ἢ τ τυρὸν λοιμολῦ τὰ τῆς φοφῆς τοῖς ξένοις αὐτοῖς διαπαγήσιται.

Existimandum est in uniuersum, mortales omnes liberè, suis ſq; legibus malle uiuere, quàm seruire. ἅπαντας ἁπλῶς αὐθρώπους ὑγιᾶδοκ χρῆ, αὐτονόμως ἄθιεν εὖ καὶ ἀλυθρῶς, ἢ δόλως ἄναν.

Qui non assueuerunt ad nutum cuiquam parêre, molestè ferunt superbi hominis imperium. οἱ ἀήθεις τ' διαπαύειν τινὸς ὄνθ' ἄχθονθ' ὑπ' αὐθρώπ ὑβριστῦ ἀρχόμενοι.

ὡς φασι.) Tutius est famam autorem citare, quàm ipsum aliquid affirmare.

Non incredibile est, hominem rebus secundis insolescere. μὰ Δί, ὃ δὴν ἄπιστον ἴσως, ἄνθρωπον εὖ πράττοντα ὑβρίζειν γρᾴδαι.

Hominis superbi & contumelioſi est, quibus imperare populo. ἀνθρὸς ὑβριστῦ ὄφιν, ὁτισῦν ἐπιτάττειν τοῖς ἀρχομένοις.

Liuius: Si in secundis rebus bonam mentem quoque donarent dij, non ea solum quæ euenissent, sed ea etiam quæ uenire possent, reputaremus. τὸ οὖ πράξαι παρὰ τλιὸ ἀξίαν, ἀφορμὴν τ' λαπῶς φρονᾶν τοῖς αὐθύτοις γίγνεσθ.

Non minor est uirtus, quàm quærere, parta tueri:
Casus inest illhic, hic erit artis opus.

πολλάκις λοιδ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τ' λαβέσθαι χαλεπώτερον ἄνθ.

Hostium incommoda, nostra esse commoda ducere debemus. Δᾶ ἐμᾶς τλιὸ ἀκαιρίαν τλιὸ τ' πολεμίων λαμβὸν ὑμέτερον νομίσαι.

Fortuna duce, comite uirtute. Δᾶ ἑτοίμως σωφρόσθαι τῇ τύχῃ τὰ πράγματα. C

Legati mittendi sunt, si quò est opus, & ipsis ciuibus militandum, & cæteri omnes sunt concitandi contra Turcos. χρὸ πρεσβεύεσθαι ἐφ' ἁ δᾶ, καὶ στρατεύεσθαι αὐτὸς, καὶ παροξύνειν τὸς ἄλλους ἅπαντας λαῖὰ τῶν τόκων.

πρὸς τῇ χώρᾳ.) Tum commodissimè inuaduntur hostes, cum ipsorũ fines infestantur.

Turpe uidetur ea per occasionem non audere in hostes, quæ ipsi ab hostibus, si possent, pateremur. ἐπ' ὀκ αἰσχυνοίμεθα, ἃ μὴδ' ἃ πάθοιμεν ἄν, ἃ διώκοντο οἱ ἐχθροὶ, ταῦτα ποιῦσαι λαμβὸν ἐχονθ', ὃ τολμήσαμεν.

Illud etiam intelligere debemus, optionem dari nunc, nobis ne in Turcia, an Turcis apud nos bellum sit gerendum? ἔτι τοίνυν μέθ' τ' ἡμᾶς λανθάνειν, ὅτι νῦν αἵρεσις ἔστιν ὑμῖν, πότερον ὑμᾶς ἐν τῇ τ Ἕρκων χρὴ πολεμᾶν, ἢ παρ' ὑμῖν ἐκείνους;

τις αὐτόν.) Vigilandum est ijs qui finitimos habent partim infestos, partim imbecilles ad externam uim propulsandam.

μὴ λίαν πικρὸν ἀπᾶν ἦ.) Acerbitas orationis condienda est præfatiuncula.

ἐχὶ βλάπτῃ.) Nihil est ab eorum potentia periculi, qui nocendi uoluntatem non habent.

Quæ rex, etiam cum stulticiæ opinione, tamen eloquitur: ea quis eum, occasione data, facturum haud credat? τῶν ἀτοπωτάτων αὖ ἔνι, ἃ ἃ νῦν ὁ βασιλεὺς μωρίαν ὀφλισκάνων, ἔμως ἐκλαλᾶ, ταῦτα διανοᾶσ μὴ πράξει;

Qui quicquid animi fert impetus, eloquuntur, stulticiæ reprehensionem non uitant. οἱ, ἅ, τι αὖ δ' νοῦ ἵμπίπ, ἐκλαλοῦντ', μωρίαν ὀφλισκάνοσι.

Quantum interfit, foris an domi bellum gerere: nihil opus est uerbis. ὁλίκα γ' ὀχὶ τὰ διάφορα, ἐξὸν ὃ ἐν τῇ οἰκίᾳ πολεμᾶν, δεῖ λόγου πρόσθεν.

ἀ γὰρ ὑμᾶς.) Exercitus, amicorum etiam, nusquam, uel breui tempore esse potest, sine magna clade agricolarum. στρατόπεδον καὶ φιλικοῦ, ἐὰν βραχὺ ἐν τῇ χώρᾳ χρόνον ἦντ, πλᾶστα ζημιοῦται οἱ γεωργοῦντ.

τὸς γεωργοῦντας.) Agricolæ & mercatores ab admittendo bello melius deterreri non possunt, quàm si his negociationis euersio, illis agrorum uastatio proponatur.

πλέον ἂν οἶμαι.) Ad terrorem incutiendum quædam ultra ueri fidem, uerecundè tamen, amplificantur.

ὅσα ἀς ἀπαστα.) Potius quàm de iure nostro cedamus aduersarijs, aureo piscamur hamo, necessariò nonnunquam, raro feliciter, sæpissimè impulsi affectibus.

Hostes non contenti ex agris petere necessaria, quod superest, proteruè denastant.

οἱ πολέμιοι ὃν ἀγαπῶντ', ὅσα αὐάγκη πραπόλῳ χρωμένους, τ' ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, τὰ λοιπὰ ὑβρίζοντ' διαφθείρουσι.

Rei malè gestæ dedecus, quouis damno grauius est, cordatis quidem hominibus. ὑ τ' πραγμάτων αἰσχύνη ἀδιμιᾶς ἁπάντων ὀχὶ ζημίας, τοῖς γε σώφροσι.

Omnibus ijs quæ res postulat, ob oculos positis, omnes operam dare decet, ut bellum amoliantur. πάντα τὰ δέοντα δᾶ σωιδέντας ἅπαν τας βουλᾶν καὶ ἀπαθᾶν τ' πόλιμον.

Diuites paruis impensis magnas opes tueri non grauatè debent. τὸς σὺν πόρος δᾶ ὑπὲρ τ' πολλῶν ὢν ὑχυσι, μὴ ἀχθομένους μικρὰ εἰσφέρειν, ἵνα τὰ λοιπὰ διαπαντὸς ἀσῶσι.

διαπᾶν φειδοῦντ.) Cauenda est oratori maleuolentiæ & inuidentiæ suspicio.

Adolescentes decet rei militaris in hostili terra parta peritia, terribiles incolumis patriæ custodes esse. τὸς ἐν ἡλικίᾳ δᾶ τλιν τῶν πολεμᾶν ἐμπειρίαν ἐν τῇ τ ἐχθρᾶν χώρᾳ κτησαμένους, φοβερὸς φύλακας τ εἰκείας ἀνδρᾶς γενέσθαι.

εἰ ἐν ἡλικίᾳ.) Optima ætas est adolescentia, si quis ea rectè utisciat.

Oratori danda est opera, ut actorum in Republica suorum commodè possit rationem reddere. παρατέον τῷ λέγοντι, πὰς τ' πεπολιτευμένων εὐθύνας ῥᾳδίας ἑαυτῷ ποιῆσαι.

Vt cum populo agitur, sic de actis oratorum iudicari solet. ὥσπὰτ' αὖ τὸς πολλὸς πρίστῃ τὰ πράγματα, τοιῦτοι μετὰ τ' πεπραγμένων τοῖς λέγουσιν ἴσονται.

τοιοῦτοι μετά.) Dura conditio est eorum, qui in dandis consilijs & gerendis rebus uersantur, cum eorum fides ex euentu soleat æstimari.

μετά.) Quale uerò est iudicium, euentum & fortunam, res in manu Dei situs, homini imputare?

Enumerationes & perorationes è firmamentis, & ijs quæ causam continent, sunt petendæ. Δᾶ ἐκ τ' ἰσχυρῶν ἀεὶ, καὶ τ' συνισταμένων τὰς ἀνακεφαλαιώσεις καὶ τὸς ἐπιλόγους λαμβάνειν.

Optima consilij conclusio: Vtinam officio suo nemo desit, & adsit Dei immortalis fauor. χρηστὰ ἂν τὰ πράγματα, θεοῦδὸς ἄνωθ.

Hæc hactenus. Proferamus nunc Annotationum specimen: ut Demosthenis Opus, quod ultra iustam penè magnitudinem excreuit, tandem concludatur.

ANNOTATIONES IN LIBANIJ Argumentum.

Λιβανίς.) ὁ λιβανωτὸς, uel τὸ λιβανωτὸν (utroq; enim genere dicitur) thus. λίβανο & arbor thuris est, & Arabiæ mons, qui cũ Antilibano λοιπῷ συρίαν, id est, cauam Syriam includit. Hinc λιβανίτ, siue à monte Libano, siue à thure nomen habet: quem Latinè fortasse (quod tamen in proprijs nominibus, quæ suæ linguæ relinquenda sunt, fieri non debet) Thurinum appellare possis. Fuit autem Antiochenus patria, sophistes celeberrimus: floruit temporibus Iuliani imperatoris. Eius orationes, declamationes, & ecphrases perelegantes extant: quas aliquando Germanis etiam communicabit, ut spero, noster Oporinus: eoq; magis, quòd Augustana respublica anno 1564. manuscriptum codicem triplo maiorem illo qui editus est, comparauit, haud grauatim typographo diligenti eius usum communicatura. Vitã suam copiosè & ornatè, ut omnia, ipse descripsit. Quare nos hic non erimus longiores.

ναθήσοις.) Aliàs θέσις, hoc est consultationi, propositio seu infinitæ quæstioni

ADMONITIO DE GRAMMATICA repetitione cum differendi & dicendi arte coniungenda: ex annotationibus Vuolfij in Græcam Clenardi Grammaticam.

B I. Vt natura, ita & ars, naturæ imitatrix ab imis & minimis ad summa & maxima quæq; progreditur. Ea igitur ratione in arte Grãmatica, primum Orthographia, inde Prosodia, post hãc Etymologia, perfectè explicanda esset, ac ità demum ad Syntaxin perueniendum.

II. Sed captus auditoriũ, ipsiusq; doctrinæ ratio, hunc ordinem mutat utiliter, ut Etymologia, & in hac ipsa, inflexiones nominũ & uerborum, in primis tradantur, summoq; studio inculcentur, quòd reliquæ tres Grammaticæ partes, quamuis ab artis præceptis non abhorreãt: usu tamen atq; exercitatione & imitatione facilius propemodum discantur & certius.

III. Sed tamen Etymologia cognita, & exercitatione percepta, iustus artis ordo prosequendus, nec Anteſignani tantum scholia percurrenda sunt: sed & alia, quæ in utriusque linguæ Grammatica minus accuratè tradita uidentur, conquirere & addere profuerit. Exercitatio Grammatica complectitur Orthographiam, Prosodiam, Etymologiam, Syntaxin: quæ quatuor partes in uno quolibet uocabulo considerandæ sunt, si cum alijs iunctum perfectam sententiam declarat.

Huius exercitationis exemplum hoc esto: σοφία μόνη τῶν ἰατημάτων ἀθανάτων. Hîc Orthographia me docet, scribendum esse σο non σω, φι non βυ, α non ᾳ. Deinde Prosodia me docet, σο esse breue, φι eodem modo, α esse longum, & accentum & acutum in syllaba φι collocandum. Etymologia sequitur, quæ uim uocabuli declarans, σοφίαν interpretatur sapientiam, doctrinam, solertiam. Ostendit nomẽ esse appellatiuũ, substantiuum, ergo neque moueri neq; comparari, generis esse fœminini, numeri singularis, figuræ simplicis, speciei deriuatiuæ. Fieri enim à σοφὸς, quod à σαφὴς deducunt. Adiectiua autem in ος substantiua seu abstracta gignunt in ια, ότης, σύνη, ut σοφία, δεινότης, δικαιοσύνη. Deriuatio hæc nihil obstat, quò minus alia inde deriuentur, ut, σοφῶς, σοφίζω, σοφιστής. Sic, quia antè dixi, figuræ simplicis esse nomen, addere licet ἄσοφος, πάνσοφος, χαρίσοφος, δόξασοφος. Casus esse nominatiui, declinationis secundæ simplicium, & hoc inflecti modo, σοφία, σοφίας, &c. Cur uerò non σοφίνς, ut μῦς? Hîc canones in promptu ubiq; esse oportet, cũ non una & simplex alicuius accidentis est ratio. Hactenus Orthographiæ, Prosodiæ, Etymologiæ satisfactũ, cuius postremæ propriũ munus est, omnia cuiusq; partis orationis uocabula singulatim explicare atq; inflectere. Transeamus ad Syntaxin, quæ in una uoce spectari nõ potest, sed minimũ duabus pluribúsue inter se iunctis. Cohærent autẽ in hac sententia inter sese, σοφία μόνη· μόνη ἰατημάτων· τῶν ἰατημάτων ἰατημάτων scilicet ἀνθρωπίνων· σοφίαν scilicet ὄφελον ἀθανάτου· σοφία ἀθανάτου· ἀθανάτου scilicet πρᾶγμα uel χρῆμα. Hæc regulis defendenda sunt. Neq; enim τὸ ὅτι satis est, sed etiam τὸ διότι accedere oportet. Nulla enim ars, quæ præceptis & regulis constat, in Pythagoreo illo αὐτὸς ἔφα, acquiescit, sed αἰτιολογίας postulat, quæ scientem ab ignorante distinguunt. Iam Grammaticæ satisfactum est, omnibus eius legibus obseruatis. Transeatur ergo proximè ad Dialecticam: & quia in uerbis error nullus est, sed summa potius elegantia: consideretur iam res ipsa, & sententiæ ueritas, cuius indagatio, inuentio, explicatio, cõfirmatio, cũ mẽdacij refutatione, proposita est Dialecticæ. Quærendum igitur imprimis σοφία, quæ κατηγορία est, id est, quod sum-

mum genus habet σοφίας: Respondeo, qualitas est. Quæ uox seu prædicabilē species seu forma ὑπάλλαγῆς. Quod est eius propinquum genus? Noticia, cognitio, scientia. Quæ species infima? σοφία θεῶν (loquor enim nunc profano more, non Christiano) ἀγγέλων, δαιμόνων, ἀνθρώπων ζώων, si tamen sapientia animalibus tribui potest: in quo sermonis usus obseruandus est. Neque enim, dum sermonis genus controuersum fuerit, de reipsa unquam constabit. Quæ individua? σοφία τοῦ ἀπόλλωνος θάλητος, σωκράτους. Quæ differentia est σοφίας: Differt ab opinione, quia certa noticia est: à prudentia, quia in contemplatione rerum æternarum uersatur (sunt enim hic definitiones necessariæ) differt à demonstratione, ut effectus à causa, &c. Quod proprium? Si credimus Isocrati, esse immortalem. Quæ accidentia? esse perpaucorū, anteferri opibus & uoluptatibus, ijsdemue postponi, ornari præmijs aut negligi, aut etiam male tractari. Vnde sapiens queritur, ὅτι ἡ σοφία τοῦ πάντος ὄχλῳ θηρεύεται, & uulgare est, pleriq; audaciam esse pro sapientia.

Obseruatio.

I. Iterum hoc loco repetendum est, non satis esse τὸ ὅτι attulisse, nisi quæstiones singulæ ex artis præceptis confirmatæ fuerint. Δεῖ γὰρ ἕκαστον τῇ σαφηνείᾳ προσάγειν.

II. Pleraq; hactenus ex prædicabilibus & prædicamentis allata, in methodo simplicium quæstionū repetuntur. Itaq; illa omitti potuissent, nisi monendi fuissent tirones de usu simplicium illarum uocum.

QVAESTIONEM SIMPLICIVM methodus.

EST ne aliqua sapientia? Hoc constat inter omnes, qui seu stulti seu sapientes habentur. Quòd si quis hoc ceu dubium ponat, quod & Socrates & Pyrrhon fecisse uidentur: rationes excogitandæ erunt, quibus sapientiam aut esse, aut non esse demonstres. Vnde aūt eas rationes sumes? Loci quidem Dialectici te monebūt, quid quærendum sit, & qua uia, quoq; ordine. Ipsa autem argumenta, aut ex fonte ingenij tui, aut aliorum riuulis, hoc est, scriptis eruditorū haurientur: quod ita deprehēdes, si duobus pari Dialecticæ cognitione instructis, quorum alter neq; ingenio, neq; doctrina ualeat, alter utraque excellat, aliquod thema tractandum proponas. Quid ibi fiet? hebes ille & inops dialecticus, aut obmutescet, aut perpauca quædā & mutilata afferet. Ille uerò alter è diuite penu præstantis ingenij reconditaq; doctrinæ, magnam copiam argumentorum depromet, eaq; optimo ordine & forma conueniente, ex artis Dialecticæ præceptis disponet, atq; communiet.

II. Etymologia, hæc in Grammatica examinatione tractata est, ut superuacua futura sit repetitio. Illud tamen hoc loco denuò inculcādum, nunquam fore probum dialecticum, qui nō fuerit Grammaticus, hoc est, nisi uim omnem & multiplicem eorum uerborum usum, quæ in quæstione uersantur, ex optimis autoribus perceperit. Hi igitur consulendi erunt, uidendūq; quot & quibus rebus, & quomodo uox quæque tribui soleat. Vnde colligi p[illegible], disputaturo de rebus, aut multa lectione, firmissimaq; memoria, [illegible] accuratis probatisq; lexicis fore opus. Nam & uerborum & rerum uis atq; explicatio non à cuiusuis libidine, distortóue ingenio, sed à prudentia atq; autoritate ueterum magna ex parte pendet. De uerbi quidem germano & legitimo usu nisi constiterit: de re ipsa nunquam constabit.

III. Sapientiæ definitionem tradit Cicero 2. de Officijs his uerbis: Sapientia (inquit) ut à ueteribus definitur, rerum est diuinarum et humanarum, causarumq; quibus hæ res continentur, scientia.

Annotatio.

Ipsæ definitiones sæpè uocantur in controuersiam, unde Rhetores τοῖς ἐκ συμβολαίων ἀδικήμασιν ἀδίκως συμβᾶσι, ut iudici etiam atq; etiam uidendum sit, Reus ne an accusator, rem uerius circumscripserit? Iudicium autem hoc tantam ingenij uim, tantam doctrinæ copiam postulat atq; flagitat, præter Dialecticorum formulas: ut, qui unam rei obscuræ & controuersæ ueram perspicuamq; definitionem suo Marte protulerit, itaq; defenderit, ut nihil contrà dici possit: is in doctissimorum numero recenseri posse uideatur. Facilè quidem est in definiendo afferre aliquid, quod generis & differentiæ loco esse uelis. Illud uerò difficillimū, uerum genus, legitimamq; differentiam atiudisse. Idem hoc de cæteris quæstionibus etiam intelligatur

IIII. Causæ humanæ sapientiæ (nam de hac loquitur Isocrates) numerari possunt αὐτομαθία φύσεως, liberalis institutio, magnus rerum usus, & consuetudo sapientum, continentia & temperantia in uictu, diligens & assidua meditatio: ac potius (ut propiores & magis proprias causas attingamus) ut demonstratio in rebus humanis, sic patefactio in diuinis uera sapientiæ causa statuetur.

V. Formæ seu species seu partes sunt (neq; enim hæc, Cicerone autore freti, accuratè distinguimus) sapientia diuina, diabolica, humana, & (si uidebitur) etiam bestiarum. Possunt & ab obiectis uariæ sumi species, ut sit alia militaris, alia politica: alia in doctrinæ studijs, alia in aliarum artium operibus uersetur. Nam his etiam, nisi fortasse minus exquisitè, sapientiam communis loquendi usus tribuit, ut est ab Aristotele obseruatum.

VI. Officia sapientiæ esse statuo, contemplari ueritatem, constantem atq; perpetuam: mentem illustrare, hominem à terris ad cœlū reuocare, & ad qualēcunq; Dei similitudinē perducere: quæ in hac uita, utcunq; inchoata, in altera, ipsius Dei consuetudine perficiatur.

VII. Cognata sunt, recta opinio, prudentia.

VIII. Contraria. Stulticia, falsa opinio, inscitia, inertia.

IX. Exempla. Sapientes Thaletis, Platonis, D. Pauli, &c. Hæc omnia (ut dictum est) quanquam uarijs agitari quæstionibus & controuersijs implicari possunt, alijs alia reprehendentibus siue ut falsa, siue ut methodo male accommodata: nos tamen ea fingamus esse certa, rectèq; exposita, iamq; à simplici uoce ad quæstionem compositam, seu propositionem transeamus.

Quæ est propositio ista?

Categorica.	Quanta?	Indefinita.
	Qualis?	Verane an falsa?

Dubitari potest de ueritate. Primùm sit ne ἀτοπον, cum sub aspectum oculorum nō cadat? sit ne immortalis, cui & homines moriantur, & ex sapientibus nonnulli stulti fiant? Sit ne sola immortalis? ac non potius immortalitatem, siue natura eius, siue fama & memoria posteritatis spectetur, id bonum cum uirtute, imò etiam cum stulticia, & uitio commune habeat? Celebratur enim non minus stulticia Corœbi, quam sapientia Salomonis. Plura discrimina propositionis persequi, non est instituti nostri, quod monendi causa tantum suscepimus.

Obseruatio.

Huiusmodi διαιρέσεις, διαλήμματα, προβλήματα, ὑπολήμματα, διαπορήσεις, seu quocunq; alio nomine appellare libet, gignunt αὐτιστοφὰς καὶ περιλαβάς, hoc est, ἀντιθέσεις καὶ λύσεις siue ἀναπαυάς τι καὶ ἀνασκευάς. Reiam probata, firmaq; materia comparata: Rhetorica, dissimulatis & Grammaticæ & Dialecticæ muneribus, sibiq; uendicatis tanquam proprijs, ornandam suscipit sapientiam ex suis locis, partes orationis oratoriæ, & uerborum sententiarumq; figuris adhibēdo. Hinc apparet, Grammaticam optimorū uerborū syluam congerere, eandē à Dialectica in suas classes digeri: Rhetoricā elegantē inde domum & uarijs signis picturisq; illustrem extruere. Id quod fieri nullo potest (sæpius enim tam necessaria admonitio repetenda est) nisi & copia uerborum à Grammatica, & solida cognitio rerū à multiplici doctrina, iudicium & censura ueri à Dialectica suppeditetur. Sed hæc hactenus (πολλὰ γὰρ σχολῆν τὰ παράδοξα τοῦ ὄχλου) quæ bono studio in medium attuli. Nunc ad institutum est redeundum.

Λιβανίου ὑποθέσεις λόγων.) Nihil uetat binos genitiuos hoc modo coniungi, ut apud Ciceronem: L. Syllæ, & C. Cæsaris translatio pecuniarum à iustis dominis ad alienos. Significat enim prior autorē, hoc est, personā, seu rē agentē: posterior personā, seu rem patientem. Quod ita deprehēdes, si nomē uerbo cōmutes, hoc modo: L. Sylla transtulit pecunias à iustis dominis ad alienos. Vel, à L. Sylla pecuniæ translatæ sunt à iustis dominis ad alienos. Posset etiam tertius accedere, λιβανίου ὑποθέσεις δημοσθένους λόγων: sed apud Latinos durius uideretur, Libanij argumentum Demosthenis Olynthiacæ orationis primæ. Quare δημοσθένους in adiectiuum conuertas licet, δημοσθενικαί, Demosthenicæ, hoc modo: Libanij argumentū Demosthenicæ primæ orationis Olynthiacæ. Sed quia hic quoq; tria cōcurrunt adiectiua, non magna cū suauitate: genitiuus λόγων mutari potest in accusatiuum, εἰς λόγον, sic fiet oratio dilucidior: Argumentum Libanij in primam Demosthenis Olynthiacam orationem. Possunt enim sæpe iungi nominibus in utraq; lingua præpositiones siue κατ' ἀλλαγήν siue alia quapiam ratione, quæ uerbis eorundem nominū iungi nō possunt. ut apud Latinos, amor in te meus, rectè dicitur: amo in te, pro amo te, non dicitur. sic apud Græcos, τὸ πρὸς ἀλλήλους εἰς τοὺς βαρβάρους μῖσος, dicere licet. οἱ ἕλληνες μισοῦσιν εἰς τοὺς βαρβάρους, non item, sed μισοῦσι τοὺς βαρβάρους dicendum est. Similia perse quisq; obseruabit, quæ multa sanè sunt, in quib. à curiosis aliquid Grāmaticis maiorem diligentiam requires.

ὄλωβος.) Grossi sunt Latinis, ficus, ut alij uolunt, immaturæ: ut alij, non matureſcentes. Pausanias, qui præclara monimenta & historias totius Græciæ descripsit, eaq; continet plurima quæ apud nullū alium scriptorem reperiantur: quem (ut studiosis rem lætam nunciem) ab egregiè docto iuuene Abrahamo Læschero diligenter eōuersum, Opporinus breui editurus est. Is igitur Pausanias in Messeniacis sic scribit: τὸ δὲ ἄκανθον τὸ ὀρεινὸν πολλοὶ τῶν ἑλλήνων ὄλωβον, αὐτοὶ δὲ οἱ μακεδόνες τράγον καλοῦσι: hoc est, Caprificum arborem multi Græcorum olynthum, ipsi autem Messenij tragum, hoc est, caprum uocant.

ὦν.) Obseruandum, una uoce tria tempora comprehendi imperfectum, perfectum, plusquamperfectum, ne semper interpreteris, erami

sed

sed aliquando etiam, fui, & fueram: ut hic ὦ, fuit. Est enim Olynthus (ut Diodorus lib. 12. tradit) condita Olympiade 86. πρὸ Δίωνος, inquit, μικρῶν πάνυ χαλκιδέων ἐλωβοῦ συνοικίσεων: ab Euthycrate & Lasthene ciuibus, prodita, capta à Philippo, & æquata solo: quam eius ui ctoriam cum quidam celebraret, quòd præclaram urbem uno die euertisset, alius respondit, Atqui talem urbem nondum condidit, significãs, extruere præclarius esse, quàm destruere. Rectè sanè. Vt enim ulcisci hostes, & securitati suæ consulere iniustum non sit: quæ uasania est, urbes euertere potius, & cum saxis ac lignis bellum gerere, quàm colonos in eis collocare? Sed ædificia fortasse, commissa in eis hominum flagitia & scelera luunt: & fatales omnium rerum, quæ infra lunã sunt, conuersiones, nihil esse perpetuum patiuntur.

καὶ θρᾴκης.) Id est, ἐν τῇ θρᾴκῃ, in Thracia. non est exponendum, ad Thraciam: tum enim Græcum esset, πρὸς τῇ θρᾴκῃ. sed hic nihil uetat dicere, Olynthus fuit urbs Thraciæ. Amplior enim & frequentior est Græcis præpositionum usus, quàm Latinis. Diligenter igitur obseruandum, quando in genitiuos, aut ablatiuos: quando in adiectiua nomina, quando in alios casus sint conuertendæ.

θρᾷκες.) θρᾷξ pro θρᾴξ. Ionicè θρῄξ. θρᾷσσα uel θρᾷττα & θρῄσσα, Thracia mulier. θρᾴκη, Thracia regio. θρᾴκιος & θρηΐκιος adiectiuũ. Horatius: Ocium bello furiosa Thrace, pro Thracia, Græca terminatione dixit. Est autem Europæ regio amplissima, finitima Macedoniæ. Descriptiones petẽdæ sunt è Strabone, Mela, Plinio, Ptolemæo: situs, è tabulis Geographicis. Superuacaneũ enim est, in singulis locis autorũ totius artes & historias explicare, quæ rectius è suis quæq; scriptoribus sumuntur. Breuiter admonere lectorẽ, est satis. Quare nos in hoc genere, nisi postulare necessitas uideatur, nusquam erimus longiores.

ἀλλωνίμ.) ἄλλωα quidam Deucalionis, alij Phthij Thessali, Iouis alij filium faciunt, atq; ab eo ἄλλωας & ἀλλάδα nomen accepisse dicunt: quũ prius singuli populi suis quibusdã appellationibus, ut Bœoti, Thessali, Attici, Arigiui, &c. uel γραικοί (quod uocabulum & Latini retinuerunt) nominarentur. Ab ἄλλως fit adiectiuum ἀλλωνικὸς, ὴ, όν. Sed τὸ ἀλλωνικὸν, & τὰ ἀλλωνικά, (quod & in alijs plerisq; fit adiectiuis) substantiuè accipi ἀντὶ τ ἀλλώνων, pro ipsis Græcis, aut rebus Græcorum gestis ponuntur.

δ') Verò, autem, sed, ac, at, atq;. Quæ particula quum Græcis frequẽtissima sit, & toties sine molestia repeti non possit: aliàs omittenda, aliàs plures clausulæ uno ambitu comprehẽdendæ uidentur. Sed de hac plura diximus in paræneſi Isocratica.

τοιαύτῃ τ ἐνοικήσῃ.) Pro τ οἰκήσῃ ἐν ταύτῃ. Verbo composito resoluto, & præpositione suo casui iuncta. Sic propter concinniorem sonum naturalis ordo constructionis, sæpe nonnihil immutatur: quæ res minus in bonis scriptoribus uersatos aliquando perturbat. ταύτῃ dativus ab ὅτ& αὕτη τότε, sæpe aduerbiascit, & significat, hoc loco, hac de causa, in hac parte.

γένο&.) Genus, gens: ab inusitato uerbo γίνω. Sed Græci sæpe dicũt ἄλλ&, ubi Latini genus: ut, πολλὰ ἄλλα τ συναλλαγμάτων, multa genera contractuum.

ἀπὸ χαλκίδ&.) A Chalcide, scilicet ἀπολυθὲς ὑφιμένου, Chalcidicum, Chalcide profectum. χαλκὸς, æs. χαλκίδες igitur plures urbes dictæ sunt, à fodinis metallicis, quæ apud Germanos à montibus aut ualibus plerunq; nomen habent, addito diui alicuius nomine: ut D. Annæ mons, Ioachimi uallis. Sic nostra lingua dicuntur Halæ (quod à Græco ἅλς fit) oppida salinarũ: ut Hala Sueuica, Saxonica, in Oeni uallibus.

τὴν εὐβοίαν.) Scilicet ἔσαν, uel γενομένην: Eius quæ est, uel fuit, in Euboea, Euboicæ. εὐβοϊκὸ&, (quod & εὐβοϊκὸ&, ut apud Sophoclem εὐβοΐδα χώραν) εὔβοινος. εὔβοια dici uidetur à bonitate bouũ, ut & Italiã uolunt (habet & βοιωτία nomen ἀπὸ τ βοός) Insulam eam esse maris Ægæi, Atticæ, Bœotiæq; uicinam, notum est: hodie Nigropontũ uocãt: cum olim μακρὶς diceretur, quòd porrecta esset in longitudinem.

ἀθλωάων.) ἄθλιον & ἄθλωα, cõtractè ἄθλα, quæ alio nomine ἆθλα, à ubranda hasta, ut Latinè Minerua à minando, in contentione cum Neptuno uictrix, urbi olim & belli & sapientiæ gloria florentissimæ à Mahumete Turcico tyranno ante annos ferè centum funditus deletæ, nomen fecisse perhibetur. Vnde Plato 1. de Legibus: ὦ ξένε ἀθηναῖε. ἐγὼ γάρ σε ἀτεχνῶς ὑπολαμβάνω αὖ προσαγορεύειν. δοκᾶς γάρ μοι δι᾽ ὑπερβολὴν εὐφημίας ἄξι& ἄναυ μᾶλλον ἢ πονομάζεσθαι. hoc est: O hospes Atheniensis: neq; uerò te Atticum appellare uelim, quum deæ (id est Mineruæ) sis cognomento dignior. Verè igitur poeta:

Conueniunt (inquit) fatis nomina sæpe suis.

ἄποικ&.) Colona: adiectiuè, ὁ καὶ ὁ ἄποικ&, καὶ τὸ ἄποικον. Item substantiuè, οἱ ἄποικοι, coloni. Vnde uerbum ἀποικίζειν, mittere in colonias: ἀποικεῖν, ire in in colonias: ἀποικία, colonia. cui ὁ μητρόπολις opponitur.

τὴν ὑνθοξοι.) Scilicet ἐσοὶ, uel γεγόνασι. Multa uerò bella Olynthi, & celebria sunt, uel fuerunt. Verbum ἐμὶ sæpissimè à Græcis omittitur.

Demost. to. 6.

Ὀλυνθίοις.) Olynthi, τ ὀλυνθίων, διὰ τὸ συνικλοχὼ, id quod cõtinet, pro eo quod continetur, est positum. Accõmodata captui rudiorum docendi ratio est, Græca totidẽ uerbis, ijsdemq; casibus & tẽporibus (tametsi nec sententia, nec constructio sibi constet) exprimere. Sed si id sõlum fiat, nihil esse queat ineptius. Progrediendũ igitur paulatim est, ac primùm cõstructio, pòst etiã phrasis corrigenda, denique etiã elegantiæ & cõcinnitatis habẽda ratio. Hic igitur iterum in cõuertendo, cõpendio sum usus, ne bellũ gerere, sæpius esset repetendum: & rei loco personam posui, quò planior, & minus molesta esset oratio. Nã hoc licere debet interpreti, si sententiæ nec accedat nec decedat quicquam, ut suo arbitratu uerba quædam omittat, quædam addat, alia mutet, alia transponat. Magis tamẽ (si fieri nequeat, quin in alterã partẽ peccetur) probanda est superstitio, quàm licentia, quæ rarò caret erroribus, id quod multis exemplis non obscurorum interpretum possem planum facere.

ἀθλωάοις τι.) Hæc αἰτιολογία refertur ad ἐνδοξοι. Nam Athenienſiũ & Lacedæmoniorum semper summa fuit inter Græcos autoritas, usq; ad Alexandri Magni tempora. Possunt etiam ἐνδοξοι πόλεμοι intelligi de uictorijs. πολλοὶ autem, quia plura fortassè gesserunt bella, quæ nos, amissis ueteribus historicis, ignoramus. Quanquam fieri potest, ut sæpius cum ijsdem Athenienſibus & Lacedæmonijs sit belligeratum, ut pòst annotabimus. Diodorus lib. 12. προσβοηθησάντων τοῖς βοιωτίοις ὀλυνθίων, ἐτροπώσαντο τοὺς τότων πάντας οἱ τ ἀθλωάων στρατηγοί. & ὀλυνθίοις στρατοσαντ᾽ ἐπὶ πόλιν μικρὰν οὖσαν, φρουρουμένην ὑπ᾽ ἀθλωάων πλὴν μ φρουρὰν ἔβαλον αὐτοῖ ἢ πλὴν πόλιν διέσωσαν. Isocrates Panegyrico, λακεδαιμόνιοι ὀλυνθίοις καὶ φλιασίοις νῦν πολεμοῦσι.

ἄρχουσι.) ὁ ἄρχων substantiuè, princeps. sed hic accipio pro participio, οἵ τινὸς ἄρχουσι. qui imperarunt: uel ἔτι ἄρχουσι, cum imperarent.

τὸ πάλαι.) διὰ τὸ πάλαι, hoc est, πάλαι. refertur hoc adiectiuum, aduerbij uice positũ, mea quidem sententia, rectius ad ἄρχουσι participium, quàm ad uerbum ἀπολίμοντο. Nam ætate Libanij parebant tũ Athenæ, tum reliqua Græcia, ut & Africæ, & Europæ & Asiæ magnæ partes, Romanis: qui nunc præter imperij nomen, nihil ferè habẽt imperij, nisi quòd ciuili administrationi regnorũ successit religionis autoritas: quæ nec Europam totam amplectitur, & ab Asianis iam olim est repudiata. Meminit huius belli Demosthenes Olynthiaca secunda.

τὴν αὖθις λακεδαιμονίοις.) Scilicet ἄρχουσι τ ἐλλήνων ἀπολίμοντο. Iõgua enim esse puto. Nam pòst deuictum Xerxem imperarunt Lacedæmonij: à quibus propter Pausaniæ Spartanorũ ducis libidines & uiolentiam, dominatus ad Athenienſes translatus, tandẽ ijsdem ferè de causis Lacedæmonijs restitutus est: quos cum Thebani ad Leuctra superassent, imperiũ Græciæ Philippo Macedoni & Alexandro, atq; successoribus eorũ cessit, donec, Perseo deuicto, ad Romanos fatorũ serie deuolutũ est. Belli à Lacedæmonijs dũ Græcis imperarent, illati Olynthijs, meminit Isocrates in Panegyrico. Locũ hũc declarãt Demosthenes atque Vlpianus, in oratione πρὸ παραπρεσβείας, quorũ uerba superuacaneũ esse duxi huc ascribere. Velim im studiosos in legẽdis bonis autoribus ipsos sibi cõficere cõmenta eodẽ autore à capite usq; ad calcẽ diligẽter euoluẽdo, & cùm uerbis, tum sententijs inter se cõferendis. Quã rationẽ qui fugit, indignus est cui scribãtur cõmentarij. Quod de ijs etiã intelligendũ est, qui easdẽ uoces, sententias, historias, in priorib. orationibus expositas; quoties recurrunt, iterũ de integro explicari sibi uolunt. Sed & horum pigritiæ succurrunt indices alphabetici.

χρόνῳ.) σὺν τῷ χρόνῳ, cum tempore, progressu temporis, tandem. Datiui sæpe degenerant in aduerbia.

ὡς δύναμιν πρὸς λῃ μεγάλῳ.) Loquendi modos quisq; per se facilè obseruabit: ut, πρεσβεύειν ὡς δύναμιν, πολεμεῖν τινί. facile item uidebit, à Latinorum consuetudine quomodo differant. nec enim nos dicimus, belligero tibi, sed bellum gero tecum, bellum gero contra te. Sic, urbs in potentiã progressa est magnã, nolim ego dicere: sed, peruenire ad potentiã, crescere, augeri potentiã alicuius, adipisci potentiam. Neq; uerò perinde facile est, quæ intelligas, cõmodè interpretari. Summopere igitur necessariũ est, magnã Latini sermonis copiã in prõptu esse Græcæ linguæ interpreti, quæ sine assidua optimi cuiusq; autoris lectione neq; parari, neq; retineri potest. Quare hoc negociũ non tantũ eruditionem & diligentiam, sed legendi etiam ocium requirit. Quod quia mihi defuit, sæpe minus expolita dictione uti sum coactus. Sed si uita superfuerit, operam dabo, ut in hac quoq; re lectoribus æquis satisfaciam.

ὑπερῆρχεν.) Eminuit, excelluit, sicut Virgilius de Roma,

Verùm hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.

πολύ τι γέν&.) Multum quoddam genus, hoc est, non parua multitudo, magnus numerus. Vlpianus docet. 32. Græcas urbes Chalcidici generis fuisse in Thracia.

φιλίππῳ ᾗ.) Quia ᾗ toties apud Latinos sine molestia repeti non potest, ego pro autem, posui pòst. Philippus autem notior est, quàm ut quicquam de eo sit scribendum. Atq; hic Lectorem Demosthenis mo-

nitum uelim, Iustinum, Diodorum Siculum, Æmylium Probum, Plutarchum, Pausaniam, sæpe esse consulendos. Quòd si Theopompum & Ephorum haberemus, multa loca Græcorum scriptorũ nobis essent planiora. Sed quum testimonijs historicorum destituimur, ipsis autoribus credamus licet (quod idẽ & in Ciceronis lectione faciendũ est) aut boni consulamus nostrã ignorantiã, præsertim cũ res capitis non agatur.

συμμαχίαν.) Ab unà pugnando fit nomen, & tam inferendi quàm propulsandi belli societatem complectitur. Συμμαχία, propulsandi duntaxat, ut apparet, ex Thucydide.

ποιησάμενοι φιλίππῳ.) Pro, πρὸς φίλιππον: eò nimirum, ne Macedonem hostem habere cogerentur, & ut cæteris hostibus facilius resisterent. Sunt enim coactiæ sæpe magis, quàm uoluntariæ, societates & amicitiæ.

πολεμοῦντδε μετ' αὐτ.) συμμαχοῦντδε αὐτῷ, id est, coniunctis cum eo uiribus, adiuuantes eum in bello. Nam gerere cum aliquo bellum, est πολεμῶ τινί, uel πρός τινα.

πρὸς ἀθλιώτατ.) Contrà. ut Cicero: Vnus furiosus gladiator, cum teterrimorum latronum manu contra patriam, &c. gerit bellum.

τὸ μετ' ἀρχάς.) Capitur aduerbialiter, pro ἐν τῇ ἀρχῇ, πρῶτον. Articulus τὸ, elegantiæ causa ex superuacaneo accedit. Quædam exempla uno uerbo & accentu, τοπαλαρχάς: id quod in multis accidit, ut uel ὑφὴν uel λιαφάντως legantur.

τὴ τοῦτο μὲν, τοῦτο δ'.) Partim, tum, aliàs, modò, nunc, &c. atq; aliæ particulæ geminari solitæ, quas suspensiuas Grammatici uocant, his articulis respondent.

αἰθιμοῦντα.) αἰθιμόεις, ὀπέας, ἀμαθόεις, ῥαπιδόεις (εις in ντ contrahitur) masculina terminatio est. Ouidius tamen fœminino genere dixit,

—Grauidamq; Amathunta metallis.

Strabo lib. 14. Samum insulam αἰθιμοῦσαν fuisse dictam ait: sed hoc, de quo nunc agitur, oppidum, sicut & Potidæam, in Macedonia recenset Plinius lib. 4. cap. 10.

ἀμφισβητήσιμον.) ὃν ἑκάτεροι αὐτιποιοῦντο, de qua inter eos contentio erat, controuersam, quam utriq; sibi uendicabant. Socrates philosophiam suam ἀμφισβητήσιμον ὄναρ nominabat: hoc est, ambiguum somnium.

ἀληφθέντδ.) Accepta, cum accepissent: uel, τῷ ἀληφέναι, διὰ τὸ ἀληφέναι, ob acceptam, eo quòd acceperant. Nam sæpe causam significant participia.

ἠχθέσθαι.) ὅτι ἔχειν.

πεπιδιαίτου.) Vide Olynthiacam secundam.

πολλὰ τῶν αὐξήσιν.) Nos non multum incrementum, sed uel multũ incrementi, uel magna incrementa dicimus.

ἀλωβήτους παρέλωκεν.) Sic legendum est, non ἀβλωβήτους. παρέλωκεν autem, αὐτὶ τ ἀλωφήσαλο. In prima Olynthiaca παραδόναι deditionẽ significat, ut ex Philippi epistola colligitur.

ὑποπλεύσειν.) ἐκπλεύσας πρὸς αὐτ ἔχειν.

ὃ πιστὸν ἦν τῶν γνώμων.) Perfidia Philippi exagitatur secunda Olynthiaca. Secutus est Philippus (id quod usitatum est hominibus bellicosis) Eteoclis Euripidei sententiam. ἔπρ γὰρ ἀδικᾶν χρὴ, τυραννίδ& πρὶ μάλιστον ἀδικᾶν, τἄλλα δ' εὐσεβᾶν χρών. Quos uersus Officiorum 1. conuertit Cicero. Nam si uiolandum est ius: regnãdi gratia uiolandum est: aliis rebus pietatem colas. Cæterùm obseruandum est diligenter, quæ adiecticia quibus substantiuis iungi soleant: ut γνώμη ἀγαθὴ, μανὴ, πιστὴ. & forma loquendi, κατὰ γνώμην, παρὰ γνώμην.

ἀποδημοῦντα.) Cum obseruassent absentem, peregrè profectum: id est, obseruata eius absentia, dilato consilio suo donec peregrè abijsset. Cogitare debebant, eum qui abesset, redire posse: longas item esse regũ manus, & multos oculos, atq; aures.

πίμψαντδ πρέσβεις.) Rectè Pausanias: διὰ τί πρὸ& ὄφιν αὐθρώπου, παραβῶσι τὸ κελῦσον ὑπ' θεῶν. Frustra igitur suspicantur, frustra fidẽ frangunt, frustra bellum parant infelices Olynthij, quum uenisset, ut Virgilius ait,

—— Summa dies & ineluctabile fatum. Sic Herodotus de Candaule, ἐδόκει ἄρα κακῶς χρᾶσθαι τῷ κνδῷ.

τὰς πρὸς φίλιππον.) Scilicet πεποιημένας. Nam articuli iuncti præpositionibus, participia sæpe includunt: sicut paulò antè, τ πρὸς αὐτὸς πόλεμον. ubi γενόμενον, aut tale quippiam subintelligitur.

πεισθῆναι.) Pro πεῖσαι δ'.

συνετίθεντο.) Pepigerant. Posset etiam legi συνετίθεσθο impersonaliter, conuenerat inter eos.

διόμενο&.) πρόφασιν ἔλεγεν μόνον ὁ πονηρία. Quæ sententia copiosius in oratione Megalopolitana declaratur. Significat autem πρόφασις Ein fyrwort, prætextum, interdum causam, occasionem, unde uerbum προφασίζεσθαι. λᾶδαι autem hîc idem est quod ἐπῦν, ὀΐχεσθαι.

σπάσασθαι, ὑποπεσόντας, λαβὼν, ἐπλώτιγξε, πιπέμφασι, παραβὰς βυσίν.) A uerbis σπάνω, λαμβάνω, ὑπαφέω, πίπτω παραβαίνω.

ἐπλώτιγξε.) Rectè igitur diuinarunt Olynthij, sed non rectè consuluerunt: primùm, qui cum tyranno belli societatem coierint (quanquã ignoscendum est uel necessitate coactis, uel fraude circumuentis.) Deinde, qui nimio rerum futurarum metu pacta & conuenta uiolarint. Pœnas igitur dederunt & stulticiæ & perfidiæ suæ, non modò uicti, sed & deleti à Philippo: ut in oratione πρὸ παραπρεσβείας etiam Demosthenes indicat.

τὸς ἰωνᾶς.) Scilicet ἀνᾶ τ φιλίππε. In Latino, si dicas, suis, ambiguum est: sed sententia tamen docet, ad Philippum, nõ ad Olynthios esse referendum.

οἱ δ' πιπέμφασι.) Obiter etiã hic obseruabis, huius narrationis seriem. Orditur à situ Olynthi, & primis conditoribus. Deinde res gestas, incremẽta, periculũ, defectionẽ, legationem, ac deniq; causam, & summã orationis explicat, inserta etiã theatralis pecuniæ ratione.

πρὸ βουθέας.) Id est, βούλεσαν εἰπεῖσθαι. Sciebant enim Olynthij, Philippum sibi non magis esse formidabilem, quàm Atheniensibus.

βουθῶν λιλοῦσιν.) Hæc est propositio: Defendendos esse Olynthios, olim hostes Atheniensium, nunc lubricæ fidei socios Philippi, μᾶλλον δ' ἀποστάτας. Quare aduersarij Demosthenis plausibiliorem causam defendisse uidentur.

λέγ φησι τλῶ.) Confirmatio ab utili: quod unum à Græcis ciuitatibus spectari, nõ sine insigni criminatione suæ gentis, in Philippica testatur Isocrates: nec multò aliter Demosthenes in Megalopolitana & Rhodiaca.

τλῶ ἐλευθίων σωτηρίαν.) Vtinã olim Romana ecclesia de Cõstantinopolitana cogitasset idẽ: & uel nunc Germani Pannonias defenderent, ac recuperarent, quo ipsi à Turcorum incursionibus tutiores essemus. Sed ambitio & ignauia nostra nobis hactenus obstitit, & ira Dei, nostra flagitia punientis.

ποιᾶσθαι τ πόλεμον.) Id est, τ πολεμᾶν. Facere bellũ, Latinis aliud est.

ὑπὸ φιλίππε γίνεσθ.) ἐὰν ὁ φίλιππ& καταφρόνεσθ πλῶ ἔλαττον, καὶ αὖθι ἐγκρατὴς γίνεσθ.

ἀνθᾶσθαι.) παρακ. infinitus, ab ἀνίημι, ἀνῖμαι: remissam, laxatam, apertam esse uiam. pro ἀνέῳγθαι. Vtilitas contrario illustratur.

φασὶ δ'.) Occupatio, pertinens ad locum facultatis, qui copiosius in secunda quàm in prima Olynthiaca tractatur.

ὀχ ὡς ὑπάλαβε.) Sic legendum, non ὅτως. Sed in exemplari quodam, siue Romano, siue Florentino (est enim ἀνώνυμον) paucarũ Demosthenis orationum, legitur: φασὶ δ' μὲν ἀνομάχειρ εἶναι τ φίλιππον ὅτως, ὡς ὑπάλαβε. Quibus in uerbis, tametsi ὅτως abesse potest, ferri tamen idem etiam potest, ut sententia sit: Esse quidem potentem Philippum, sed non inuictum.

ὑπάλαβε.) Scilicet ὁ φίλιππ&, quàm existimetur: ab ὑπολαμβάνεσθαι. ut in Busiride Isocratis: οἱ μεῖζόν τ ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν ὑπολαμβανόμενοι: quorum maior est existimatio, quàm merentur. Potest etiam ὑπάλαβε capi impersonaliter, ut λέγεται, &c.

παρασώσω.) ἵνα παρασώσῃ, τ παρασῶσαι.

διάλυτδ.) A διαλύομαι. Obseruandum, παραπεμπτικὸς & ἀορίστοις sæpe uti Græcos, ubi Latini præsentibus magis delectantur. Hæc pars in tertia Olynthiaca tractatur maximè. Sic uides hanc hypothesin non ad primam duntaxat, sed in uniuersum ad omnes pertinere Olynthiacas.

πρᾶττόντα αὐτὶ θεωρικῶν.) Militares pro theatralibus: id est, quum nunc sint theatrales, efficiendum ut sint militares. θεωρία spectaculum est, in festis deorum potissimùm (aliàs contemplatio, quæ τῇ πράξει opponitur) unde θεωρεῖ, & τὸ θεωρικὸν πλοῖον apud Platonem. Spectaculares dicere non licet: abutamur igitur theatralibus, quo uerbo & Cicero est usus.

καὶ τὸ ἦθο&.) Verba sic ordines licet: καὶ κἀγὼ σαφῶσα τὸ ἦθο&, ὃν ἐχρῶντο ὁ πρόπαλον ὤν: morem, qui non ita notus est. Potest etiam ὁ πρόπαλον ὤν, pro ὁ προπάλαι ὄντ& τ ἤθους, capi. ὁ πρόπαλαι, subobscurum.

κἀγὼ σαφῶσα.) Misera est conditio Grammaticorum, à quibus quum infinita postuletur eruditio, & obscurissima quæque explicandi dexteritas, ea etiam quæ apud nullum scriptorem extant, requiratur nemo tamen est, qui eos præmijs uel mediocribus dignetur.

λέγω&.) αὐτὶ τ, ὄφιν ὅπο, ὃ ὄφιν ὅτι hic poni uidetur.

λιθίνα.) ἐκ λίθων διαφανομένων.

οἱ πρεσβῶτδ.) διαλαβὼν τι καὶ ὑφὼν, οἱ πρεσβυτέρ, à uerbo πρεσβεύομαι, præsum.

διαβαλόντα.) διαβάλλειν, non tantum deijcere & prosternere, sed etiam numerare & soluere debitam pecuniam: sicut nostra lingua dicimus: Das gelt erlegen. Vnde ἡ πρέσβα, λυτρία, τρίτη διαβολὴ,

τριτὴ, prima, secunda, tertia pensio (quem uulgò terminum uocant) frist, zil, zalung.

Θεωρίαν.) Spectaculum habere, pro, τὴν διάθεσιν τόπου τῆς θεωρίας, spectandi locum & facultatem.

Ὀβολός.) Hoc nomine nostrate lingua abutimur, pro uilissimo nummo: cum obolus Atticis fuerit sexta drachmæ pars, quarum octonæ aureum Rhenensem conficiunt, denæ Gallicum coronatum.

μένοντες.) ὁ στρατευόμενος. Potest participium hoc omitti, aut in uerbum mutari: manebant domi, & partiebantur.

Διοίσουσι.) Διδίδωμι, διμίσιον: formatio media est, significatio hoc loco actiua. Differunt tamen (non semper, sed aliquando) sic ab actiuis media, ut illa eum qui ipse facit aliquid: hæc, eum qui faciendum curat, significent. ut, ὁ βουλὴ ἐποίησατο τὰς τριήρεις: senatus curauit faciendas triremes. ὁ τέκτων ἐποίησε, faber fecit. ὁ καταψευδομάρτυς, qui falso testimonio oppressit. ὁ καταψευδομαρτυρόμενος, qui falsos testes subornauit. καταδικάσαι, iudicis: καταδικάσασθαι, accusatoris est. Germani pro ποιήσασθαι, machen lassen: interdum simpliciter machen, καταχειροτονοῦσι dicunt: curatori id tribuentes, quod fit ab artifice.

ἐπ' ἀργυρίῳ.) Alia exemplaria habent ἀργυρίου, sed nihil refert.

Καθίσησαν.) Καθίζω & καταζῶ, καταζάω. ἀόριστος β. uerbi actiui καθίζημι, passiuè pro καθιζάνω, καταζάνω, καταζὰς, crebrò usurpantur. Sed enumeremus tam actiua quàm absoluta seu passiua. Actiua igitur ferè sunt ἵστημι, ἵστω, ἵστανα, ἵστανεν, ἵστασα, στὰς. Absoluta seu passiua: ἕστηκα, ἀνέστηκα, ἕστω. Eadem est & participiorum, quæ hinc descendunt, ratio.

περὶ τὰς.) Circa expeditiones, in expeditionibus, uel, ad expeditiones obeundas. quanquã dubito, an pro περὶ, legendũ sit ἐπὶ, uel πρὸς.

στρατευόμενοι.) ὅτι ἐστρατεύοντο, uel, διὰ τὸ στρατεύεσθαι: additio articulo, εἰ στρατευόμενοι, interpretari oporteret, ἢ qui militant, uel militabant. Ratio enim participia præsentia eo modo usurpant Latini, quo Græci. Actiuis quidem præteritis Græcorũ respondent deponẽtia præterita Latinorũ: ut ἀποδημήσας, ἐπανελθὼν, ἀναπήσας, ἀφικόμενος: profectus, reuersus, cœnatus, pransus. Quòd si deponentia defuerint, circuitionibus est utendum: ut, ἀληφὼς μισθὸν στρατεύσασθαι, stipendium accepit, eumq; in bello iuuit: uel, quum accepisset stipendium: uel, accepto stipendio. Sed hic persona agens non exprimitur: ut si dicas, tyrannus hospitem malè mulctatum interfecit: ambiguum est, ipsene tyrannus hospitem malè mulctarit, an alius. sed in Græco est certum, τὸν ξένον ὁ τύραννος ἀφειλῶς κρεμάμενος, ἀπέκτεινεν.

μισθόν.) Mercedem, id est stipendium, pecuniam quæ numerabatur militibus. nam cibaria etiam data esse militibus, quæ σιτηρέσιον appellarentur, è Philippicis, & oratione πρὸς Ποληκλέα uidetur posse colligi, ut alio loco indicabimus. Est & apud Cæsarem frequens, metiri frumentum militibus.

ἕξω δὲ χώρας ὧν πόλεως στρατεύεσθαι.

νόμον ἔθεντο.) Θεῖναι νόμον, est legem ferre, rogare. Κεῖσθαι νόμον, iubere, sancire, comprobare. hoc populus fecit, illud legislator Bubulus. τῷ Κεῖσθαι, contrarium est τὸ λῦσαι καὶ καταψηφίσασθαι, abrogare, improbare, repudiare legem.

Διὰβαλὸν ἀπελθεῖν.) Breuius dicere licuisset: capite sanxerũt, ne quis, &c. sed cum Græca phrasis retineri potuerit, nulla mutãdi causa fuit.

τάξιν.) τὴν στρατευομένης λαμβάνειν μισθόν.

καὶ γράσθαι.) ἐπιξήνησις.

ὅτι σὺ γράφεις.) ὅτι & ὡς & γὰρ sæpe abundant in Latino sermone. Nec enim. quòd tu. sed, Time? tu igitur? dicendum est.

Ἐπιφορὰ.) Infert, subiicit: cuiusmodi figura est subiectio.

τοσαῦτα βοῦς.) Alia exẽplaria, ταῦτα βοῦς. subintelligitur ἀρύσω. Atq; hæc de theatrali pecunia scilicet dicta sint.

πολιτικῆς.) πολιτικὴ δύναμις opponitur τοῖς ξένοις, aut ξενικοῖς στρατεύμασι.

ἀώθησαν.) Pro ἀώθεσαν, ab ἀόω, ἄωθα, ἀώθειν.

τοῦτο γὰρ.) τὸ μὴ αὐτοὺς στρατεύεσθαι.

τὰ πράγματα.) Scilicet τῶν ὑγιαινόντων. Apud Xenophontem, ἠρέα τὰ λαλά, perierunt bona, id est, res nostræ sunt afflictæ, mutata est fortuna reipublicæ.

ANNOTATIONES IN PRIMAM OLYNTHIACAM.

Ἀντὶ πολλῶν.) Verbum uerbo, Pro multarum, ô uiri Athenienses, pecuniarum: uos elegisse existimo, si perspicuum factũ sit futurum profore urbi, de quibus nunc speculamini. Quis hæc non derideat? sunt enim manifestè absurda. Sed sæpè occurrunt non multò aptiora: quæ mediocriter literati, boni consulunt. cuiusmodi sit, si πολλὰ χρήματα multas pecunias interpreteris, aut multum pecuniæ. Quæ tametsi non reprehendo, malo tamen dicere, magnam pecuniam. Talia linguarum discrimina diligenter considerãda sunt interpreti, ne modos, numeros, personas, tempora, partes orationis, uocabula, loquendi modos, collocationem uerborum, & si qua sunt huius generis alia, ubiq; superstitiosè consectanda sibi putet: sed ut perpetuò meminerit, quomodo probatissimi quiq; autores loqui soleant.

ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.) Has particulas non esse otiosas, in Gnomologia ostendimus. Sed tamen, quum Cicero ubiq; ferè dicat, Quirites, Iudices, C. Aquili, Patres conscripti, Pontifices: & ego particulas, ô uiri, omitto, ut aut Latinis minus usitatas, aut Græcæ linguæ peculiares. Quanquam in antiquis exemplaribus, ὦ ἀθηναῖοι tantum reperiri, affirmat Obsopœus. Nomen ἄνδρες, etiam Aeschines ferè omittit.

χρημάτων.) χρήματα, pecunia, pecuniæ. Singulari numero χρῆμα rem significat, ut μέγα χρῆμα, magna res. μέγα τι χρῆμα δυσίν, pro μέγα δυσίν, elegans loquendi modus, quem Cicero penultima ad Appiũ epistola his uerbis uidetur imitatus: Non horum (inquit) temporum, nõ horum hominum atq; morum negocium. ὁ τύπος τῶν λαιῶν χρῆμα, ἐπὶ δεξιὰ δέτοι οἱ λαιοί.

ὑμᾶς.) ὑμφατικῶς accipiendum esse, docet Vlpianus.

ἂν ἐλίσθαι.) ἄν, quam δυνατικὸν μόριον appellant Græci, potentialem, seu potentiatiuum, ut uocant, complecti modum, ac omnibus (imperatiuo duntaxat excepto) modis & participijs etiam iungi, notum est. Significat aũt, posse, uelle, debere, prout sententia postulat: ut hic, ἂν ἐλίσθαι, pro ἐθέλειν ἐλίσθαι. Latini per omnia subiunctiui tempora hoc genus locutionis pronunciant, Linacro autore. ἂν etiam pro ἐὰν ponitur, ut ἂν δὲς ἐθέλοι. λάβῃ, λάβῃς, sine. sine. λάβῃ, tametsi, saltem. interdũ & λάβῃ pro ἐάν. λάβῃ, καὶ ἐὰν. ἐλίσθαι, à uerbo αἱρῶμαι.

γένεσθε δὲ.) Vides Demosthenem mentis seruire magis quàm auribus? πρόσχετε τὸν νοῦν, σκοπᾶτε ὅτι. Item, προσέχειν προβούλοις. paulo pòst, ἐθέλειν ἀκούειν. atq; iterum, ἐπιθυμῶ ἁπάντων. Item, ἄπορ ἔοικε. Atq; adeò non multo pòst, quasi gustata Hesiodi lauru, poeta repentè nobis exsilit. τὰγαθὰ (si δὲ interponas, uersus erit integer) τὴν λεῖσθαι χαλεπώτερον ἀνάγκη. Huius generis apud Demosthenem & Ciceronem permulta reperiuntur. Aequum igitur fuerit, eos etiam nobis interdum ignoscere, aut putare nos quoque dissimulandi artificij caussa fecisse, quorum tantum est aurium fallidium.

πολλῶν αὖ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων.) Inter adiectiuum & substantiuum hic uerba quatuor interponuntur. Sic pòst, inter articulum & nomen: τῶν τοιούτων & ὑμῖν ἁρμοττόντων. Elegantes hæ traiectiones uerborum, sonoræ item circumductionum clausulæ, ut συμβουλεύειν, γνῶσθαι, sunt obseruandæ, atq; in loco imitandæ.

ἐλίσθαι νομίζω, ἐκ φανεροῦ γένεσθε.) Prælaturos arbitror, si perspicuum fiat, ἐλίσθαι κατὰ τὴν αἵρεσιν διαλλαγῶν χρόνου. Deinde ἐλίσθαι ἐκ γένεσθε: particula ἐκ cum optatiuo. sæpe loco accusatiui, aut alicuius casus quem uerbũ exigit, ponitur: quod & in Isocrate notauimus. Nam τὸ ἐλίσθαι certè accusatiuum, aut, qui idem ualeat, infinitiuum postulat, ut hic: ὑμᾶς ἐλίσθαι τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει, φανερὸν γενόμενον, hoc est, τὸ συνοῖσον, τὴν ὠφέλειαν τῇ πόλει. Quoniam igitur uerba autoris Græca, totidem Latinis reddita, duriuscule cohærent, ego interpretatus sum: rationem, qua perspicuum fiat: aut (quod tantundem est) declaretur, explicetur. Nam, ut nihil facilius, sic nec puerilius quàm est, & ineptius, quàm uerbum uerbo annumerare: si quã ea res uel dictionis absurditatem, uel sententiarum obscuritatem pariat. Alioquin optarim me omnia totidem syllabis, atq; adeò literis posse reddere. Modos loquendi insigniores per se quisq; obseruabit: quod genus et hic est, τί ἂν τι μᾶλλον ἐλίσθαι χρημάτων, aliquid magnæ pecuniæ anteferre. In eodẽ sensu interdũ & προσέχειν ponitur, ut Clem. pædag. 3. τὸν ἀνθρώπειον λιμενοτεχνίαν πρὸ τῆς θάλασσης αἱρεῖσθαι δυμισγίας.

τὸ μέλλον συνοίσειν.) Nota circuitio futuri per uerbum μέλλω cum infinitiuis, non abhorrens à pleonasmo: pro, τὸ συνοῖσον, à uerbo συμφέρει. Similis est et Germanorũ loquendi ratio. μέλλω τοῦτο ποιεῖν, ich wirt es thun. ἃ μέλλω ὑποίσειν, ich wirt es nit leidẽ werdẽ.

πρὸς ὧν.) Virum an ἐξόπιθεν, ὧν πραγμάτων: Item considerandum ὧν plurale, an pro ὃ singulari sit positum, licèt ἐπίθεσιν numeri, usitatam Græcis.

πρὸς ὧν νυνὶ σκοπεῖτε.) De quibus nunc deliberatis. Est & hoc propter breuitatem obscurius. Ego igitur conuerti: In hoc negocio, de quo deliberatis. Eius enim superstitionis legibus, ut Latina Græcis commatibus & colis uerborum, atq; adeò syllabarum numero & mensura respondeant, me solutum esse uolo. Neq; enim Ciceroni probatur, nimis magnum studium multamq; operam in res obscuras atq; difficiles conferre, easdemq; non necessarias. Reprehendit & Dionysius Halycarnasseus in Isocrate. ὅτι ἀκολουθεῖ ὁ διωνύσιος πολλάκις τῷ ῥυθμῷ τῆς λέξεως, καὶ τῷ λεπτῷ λήγοντας τὸ ἀκολουθέν. Quare nos dimensiones istas syllabarum iis relinquemus, qui abundant ocio: sententias bona fide appendisse atq; annumerasse contenti.

περὶ ἔρ.) περὶ ἐκείνων ἄ, uel περὶ ἐκάνων περὶ ὧν. Dicitur enim utrunq; σκοπῶ τόδε, & σκοπῶ περὶ τόδε. Est aut ἐπίρρωσις numeri, aut ἔλλειψις an eced. ις, ἐν τούτοις περὶ ὧν. Sed si legas περὶ ὅ, scilicet τῷ συμφέροντι & τῇ πόλει: nihil opus est argutias quærere. Sententia est, deliberari nũc quid sit futurum è republica: cui priuata lucella sint postponenda. Ad constructionem quod attinet: antecedẽs in huiusmodi loquendi modis omittitur: & in eius casu, qui casus ad antecedens uerbũ pertinet, relatiuum ponitur, etiamsi uerbum sequens, alium casum postulet: ut χρῶμαι οἷς ἐκτησάμην βιβλίοις, pro χρῶμαι τούτοις βιβλίοις ἃ ἐκτησάμην. Nam χρῶμαι dativum, κτῶμαι accusativum postulat.

ὅτι.) Aduerbium temporis, quum, quando: cui nonnunquam respondet τότε, tum. Hic, pro ἐπειδή, ut etiam Latina illa sæpe, uidetur capi. Sequitur enim τὸ δ', quod sententiam non generalem aut ὑποθετικὴν esse finit, sed affirmatiuam facit, & ad præsens negocium astringit.

ἀκούω τ βουλομένων.) Verba sensuum iungi genitiuis, notum est. interdum etiam accusatiuis ἀτλικῶς.

ὑπομιμνῶ.) ἀ σπένδομαι. Academicorum, qui ὑποπτικοὶ dicebantur, uerbum, ὑπέχω περὶ τότε, ἠδὲ διασκέπτομαι: id est, nondum hac de re pronuncio, sed amplius deliberandum esse censeo.

ἦκεν.) Dubitari potest, an legendum sit ἧκοι, per οι, aut ἦκε, per ε. Quanquam enim sæpe indicatiuis utuntur Græci subiunctiuorum loco, aut optatiuorum: ea res tamen non rarò librarijs accepta referri potest. Quid enim facilius (indoctis præsertim, aut parum attentis, atque petulantibus) quàm uocales, diphthongos, accentus, distinctiones inter se permiscere, crucemq́ue figere (ut Virgilius dicere solebat) grammaticis?

τῦτο αὖ.) Fortasse, τοῦτ' αὖ. Sæpe enim oscitantes aut scioli librarij, uocales pro apostrophis, & contrà, scribunt: id quod in carminibus facile deprehenditur.

τοῦτ' αὖ ἀκούσαντος λάβοιτε.) λάβοιτε αὖ τοῦτο, ἀκούσαντος. Nam participiũ hic, pro ἐπειδὰν ἀκούσητε, scilicet ὃ τ ὑπομιμνῶ χρήσιμόν τι ἦκον τυγχάνω, Id accipere licebit, ubi eum audieritis: absolutè ponitur, aut ἐλλειπτικῶς. Potest & τοῦτο ad utrunq; referri uerbum, λάβοιτε τοῦτο, ἀκούσαντος τοῦτο: quam figuram Græci Grammatici ἀπὸ κοινοῦ uocant, Latini ζεῦγμα, Græco uerbo & ipsi.

ἀκούσαντος λάβοιτε.) ἀκούσητε καὶ λάβοιτε, audiatis & amplectamini: uel, audita re accipiatis, auditum sequamini.

συμβουλεύειν.) Absolutè hic ponitur. aliàs iungitur datiuo, accusatiuo, infinitiuo: ut συμβουλεύω σοὶ τοῦτο, uel, συμβουλεύω σοὶ ποιῆσαι τοῦτο.

εἰ ὑμιτέρας τύχης.) scilicet ἔργον ἢ ἴδιον ἂν εἴη: id est, πῶς ὑμετέραν τύχῃ ἂν εἴη τοιαύτη, ὑμᾶς ἅπαντας εὖ πράττειν. Demosthenes sæpe testatur, in Philippicis præsertim, & oratione de Corona, fortunatos esse Athenienses: multisq; in locis eorum & ignauiam & temeritatem haud obscurè reprehendit. ὃ τ ἀθλιώτατον Δυσβουλίαν olim prouerbio exagitata, contraq; ὃ εὐτυχίαν, celebrata fuit, noctuæ Palladiæ beneficio. Potuit igitur & illa respublica dicere: δίκαιον τύχης τάλαγμον, ἢ πίθον φρενῶν, ὅτε μὴ παρόσης Δυσευχοῦσιν αἱ φρένες.

πολλὰ τ δέοντων.) Pro, πολλὰ τὰ δέοντα. participium δέον fit ab impersonali δεῖ, decet, debet, oportet, opus est, opportunum est, requiritur, ad rem facit. Vnde etiam participij significatio nota est, quod tamen sæpe absolutè capitur, pro, quum oporteat, oporteret: ut, δέον σπουδάζειν, τὰ παιδιὰ παίζει: Cum seriæ res agendæ essent, pueri ludunt. Pericles quum in bello Peloponnesiaco magistratus Lacedæmoniorum corrupisset, πεντήκοντα τάλαντα εἰς δέον αὐτοὺς ἀνηλωκέναι ἔφη, hoc est, se quinquaginta impendisse talenta dixit, quò fuisset opus.

ἐκ τ παραχρῆμα.) scilicet χρόνῳ, ex eo tempore, quod iuxta rem est: id est, extempore, subitò, impræmeditatò.

ἐπιλαβεῖν.) subijsse, succurrisse: id est ἐπὶ νοῦν ἐλθεῖν, in mentem uenisse, uenire, uenturum esse. Licet enim non rarò præterita Græcorũ, præsentibus, aut etiam futuris reddere: & contrà, præsentia præteritis aut futuris: prout sententia postulat, cui perpetuò seruiendum est, et à nimia seruitute uerborum recedendum.

ἐπιλαβεῖν ἁπάν.) Succurrisse, dixisse: id est, dicturis in mentem uenisse: uel, quæ dicant. Ego, dictu opportuna conuerti, non quòd δέοντα ἁπάν cohærere necessariò putarem: sed quia sic opportunius uerba collocari, & sententiæ nihil decedere uidebatur. Quanquam me non fugit, Ciceronem in Academicis eodem modo locutum esse: Illud autem (inquit) mihi ante hoc tempus nunquam in mentem uenit à te requirere, id est, ἐκεῖνο δ' ἐμοὶ πώποτ' ἐμοὶ πρότερον ἐπῆλθε παρά σε ἁπαιτῶν ἢ ἐκμαθών.

ὧν ἁπάντων.) scilicet τ λεχθέντων, τ συμβεβουλευμένων.

αἴρεσιν.) Sicut dicimus, αἱρεῖσθαι ὧν ἁπάντων τὸ συμφέρον: sic, αἵρεσις τ συμφέροντος ὧν ἁπάντων. Posthæc coniunges, γενέσθαι ὑμῖν ῥᾳδίαν: non, τ συμφέροντος ὑμῖν. quanquam hoc quoq; tam sententia quàm constructio patitur.

A ῥᾳδίαν.) ῥᾴδιος, ῥᾴων, unde ῥᾳδίζω, ῥᾴστος. Ionicè ῥηϊδίως, ῥᾳδιουργῶν, ῥᾳστώνη.

τ συμφέροντος.) conferentis, utilis, utilitatis, eius quod expedit.

ὁ μὴ δέον) sequitur in redditione, ὑμᾶς δέ.

ἔχι.) Dicimus, ἐ, ἐκ, ἐχ, ἐχί: prout consonans, aut uocalis, eaq; uel tenuis, uel aspirata sequitur. Nam in huiusmodi uocabulis, quæ plurib. scribuntur modis, non tam discrimen significationis, quam compositionis elegantia consideratur.

ὃ μὴ δέον παρὼν κεφάλαιον.) χρόνος, tempus & mora: καιρός, pars & qualitas est τ χρόνου, ac sæpe pro temporibus & qualitate negociorũ, seu circumstantijs, interdum etiam pro modo & mensura capitur: ut, καιρὸς δ' ἐστὶ πᾶσιν ἄρισ, modus est pulcherrima uirtus. Item μικρῷ ἄγαν καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά. Suidas καιρὸν definit, τὸ ἐφ' ἑκάστῳ πράγματος ἁρμόττον καὶ χρησιμώτατον: id est, opportunitatem, & cõmodissimum cuiusque rei gerendæ tempus: quod non aliud est quàm εὐκαιρία, occasio. sed & πλὴν ἀκαιρίαν complectitur, τῇ εὐκαιρίᾳ contrariam. ac simpliciter sic usurpatur uariè, ut Latinis tempus. Quare quã Cicero in Officijs nominat insciti temporis, Græcè fuerit ἄγνοια τ καιροῦ: quanquam & ἀκαιροκαλία dici queat. Potest igitur ὁ παρὼν καιρὸς exponi, hæc occasio, ut referatur ad Olynthiorum auxilij petitionem. Potest etiam intelligi de conditione præsentiũ rerũ omnium, ut respiciat non modò Athenienſem rempub. sed ad totius Græciæ statum, & ad Philippi grassationes atq; insidias: id quod mihi magis placet. Neq; tamen eum qui occasionem interpretetur, reprehendendum puto. Nam quum nec in sensu quicquam absurditatis est, & natura uocabuli multiplicem explicationem patitur: liberum suum cuiq; iudiciũ esse debet. Is tamen maximè probandus erit, qui & Græci scriptoris sententiã acutissimè perspiciet, et uerbis maximè proprijs atq; ornatis eloquetur. In quo tãta est difficultas, ut à paucissimis (ne nullis dicam) utrũque uideam præstari: & me cum uenia, & citra notam ignominiosam, inter cæteros posse interpretes tolerari existimem.

ἀφικνεῖς.) præsens, ἀφικνῇς, ἀΐς β. ab ἀφίκνημι.

ὅτι,) quòd, quia, eo quòd: sed plerunq; Latinè per infinitiuũ redditur. Apud philosophos, τὸ ὅτι, nuda præcepta: τὸ διότι, causas præceptorum significat: & si dubito an pro eo dicendũ sit, διὰ τί, quod nec Petro Cõtomeo, uiro doctissimo, & principi poetarum, qui nostra ætate uersus græcos scripserunt, displicet.

τ πραγμάτων ὑμῖν ἐκάνων.) Quarum? scil τ ἀλωβίων συμμαχίας, ἢ τ ἀλλίων αἰρέσ. Si ἐκάνων ad Olynthios refertur, respicit non ad præsentem deliberationem, sed ad situm urbis: alioqui τάνυν dicendum fuisset.

ὑμῖν αὐτοῖς.) quasi dicat: Non sunt istæ occasiones negligendæ: nec sperandum, cætera ultrò rectè habitura.

αὐτιλαμβάνεσθαι.) Ab αὐτιλαμβάνεσθαι, defendere, suscipere, iuuare, Die sachen angreiffen.

ὑπὲρ σωτηρίας αὐτ.) αὐτ, si tenui spiritu legatur, subintelligi potest πραγμάτων, ut referatur siue ad conseruationem principatus Græciæ, siue ad defensionem Olynthiorum, ut sit sententia: Si rei bene gerendæ occasionem non uultis amittere, sed malo αὐτῶν, cum aspiratione, ut de ipsis Athenienſib. intelligatur, ac pro ὑμῶν αὐτ accipiatur.

ὅν τινα τρόπον ἔχειν.) ἁπλῶς pro καθ' ὅν τινα τρόπον, pro πῶς, quo pacto, quomodo: aut actiuè, ἔχειν τρόπον, præbere se. Nescio quales nos præbeamus, quomodo simus animati, affecti erga negocia hæc. Ex his uerbis apparet, causam Olynthiorum Athenienſibus non admodum fuisse cordi. Quod hic tectè ac dissimulanter, id in 4. Philippica liberè eloquitur, his uerbis: ὃ λέγω δεῖν, ὦ α. α, τ πάντων δυσκολώτατον ἐστὶ τὸ παρόν, ἢ ὅτι τῶς γνώμας ὑμῶν ἀφιστήκατε τ πραγμάτων, &c.

ἔχειν.) habere, scilicet nos. Sæpe idem ualet quod ἔναι τόδ' ὅτως ἔχει, hoc ita habet: id est, res ita est. προθύμως ἔχω, promptè habeo: id est, sum promptus. Sententia est: Nescio quî fiat, ut simus negligentiores quàm par est.

τὰ δοκοῦντα.) τὰ αἰρίσκοντά μοι. αὐτὴ ἡ γνώμη μέ ὅτι sic censeo.

ψηφίσασθαι.) pro, ψηφιστέον ἔναι, ὅτι δεῖ ψηφίσασθαι.

ὅλα.) ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ μηδὲν ἀναβαλλομένους, ἢ πρεφασιζομένους.

καὶ παρασκευάσθαι.) Scilicet πλὴν βοηθεῖαν, comparanda esse auxilia: uel ὑμᾶς, nos instrui oportere ad bellum: ut sit, παρασκευασθέντας ὡς πόλεμον. Sententia plana est: sed ego hæc inquiro & tracto scrupulosius, tum ut appareat me in conuersione præstantiß. autoris non obiter, nec temerè uersatum esse, sed singula penè uerba ad libellã auorificum expendisse: tum ut studiosos ad similem diligentiam incitẽ. Est enim iustum mihi tempus defuit ad Demosthenem conuertendum: tamẽ ipsa assiduitas, & perpetuæ lucubrationes, idem mihi præstiterũt, quod alijs præstare solet ocium, meditandi uidelicet, & expendendi singula facultatem. Genus ipsum quidem orationis limare simul haud licuit: sed licebit, ut spero, aliquando, & quidem breui.

πλὴν

τῶν τάχιστα.) ἀκατὰ τῶν τάχιστα ἐλέγ. Quasi dicat, celerrima uia. sic enim exponunt Grammatici. Vtcunq; fit, idem est quod ὡς τάχιστα, quàm primum, primo quoq; tempore. Obseruabis etiam hic particulas, ἤδη, & τῶν τάχιστα: quarum prior ad decretum, posterior ad apparatum belli refertur, prudenter omnino. Rebus enim ab omni parte satis cognitis, decernere procliue est: sed in Athenienſi republica, multæ moræ intercedebãt, quo minus ea quæ decreta erant (ut ex oratione περὶ στεφάν. ἢ ἔκατ' αὐλρωπίων & intelligitur, atq; ex alijs pluribus) naturè absoluerentur. Quare ait, πᾶσαν σπουδὴν ποιήσασθαι τῶν τάχιστα, nõ ἤδη.

ἐνθένδε.) ἐξ αὐτῆ ἢ πόλεως: hinc mittendis ciuibus, non alibi mercenario milite conscribendo.

βοηθῆσαι.) βοηθεῖν πέμψαι, ἤγουν πολιτικῶν ἀνάγκην, ἀλλ' ὁ ξένοις. Miserunt tandem Athenienſes Olynthijs auxilio, ut in oratione Falsæ legationis autor est Demosthenes, decies mille conductitios, quater mille ciues, quinquaginta triremes: quæ tamen eis omnia, proditorum scelere, nihil profuerunt.

καὶ μὴ πάθητε.) Et non patiamini: id est, admittatis, uobis accidat, eueniat.

ὑπὲρ καὶ πρότερον.) Infrà uerbum repetit, ὑπὲρ ὧν πολλάκις πέπραται.

πρότερον.) Fortasse quum amissa est Amphipolis, Pydna, Potidæa, Methone, Pagasæ: quæ loca paulo pòst ipse recensebit.

πρεσβεῖαν δὲ πέμπειν. Et legationem mittendam.) Nihil uetat, pro legatione dicere legatos. Licet nomina rerum & personarum sæpe inter se commutare.

ἤ τις τῶν ὁρῶ.) Scilicet decreta esse auxilia, delectus hactenus Athenis, apparari bellum.

καὶ παίσας τοῖς πράγμασι.) Quibus? deliberationibus Olynthiorũ de propulsando Philippo, ut consilio iuuent Olynthios.

τοῦτο δέ.) Pro τοῦτο φοβητέον: hic metus, pro, hoc maximè metuendum.

πανοῦργον.) ὁ πᾶν ἔργον τολμῶν τι καὶ μηχανώμενον, qui nihil nõ audet atq; experitur, callidus, improbus, ueterator.

ὥν.) ἐπειδὴ ἔστι quum sit. existere non est ἄναι, sed ἀναίτιλλαν, φάναι ἀρχέσθαι. Quare ὧν ineptè redditur, existẽs, est & ens nihilo melius. sed hoc participium, ut & alia, Latini sæpe dissimulant: aliquando circuitu uerborum exprimunt. ut, ἐμοῦ ὑπατεύοντος, quum ego essem consul, in consulatu meo: ἐμοῦ ὑπάτου ὄντος, me consule.

δεινὸς πράγμασι χρῆσθαι.) Peritus utendi rebus, qui scit uti foro, qui nullas amittit occasiones. Verba sonant: peritus utendi rebus.

ἴκων.) τῷ ἴκαν cedens, id est cedendo. Nam participia Græcis etiã gerundi, ut uocant, modum continent: sæpe etiam per uerba coniunctionibus, aut relatiuis, qui, quæ, quod, additis, reddduntur commodius. quod quando & quomodo fieri debeat, usu discetur melius quàm præceptis.

ἀνότως.) ἀνὰ τ ἀνότων, neq; mirum, meritò, haud iniuria, non abre, probabile est. A Demosthene sæpe in fine circumductionis collocatur ἀνότως absolutè, & significat, neq; id iniuria, idq; meritò.

ἐνίκα ἄν τύχῃ.) Quando acciderit, alicubi fortasse, ubi res ita tulerit. Videtur impersonaliter capi, pro ἐνίκα ἄν συμβῇ. In oratione Rhodia: ὅρα, inquit, παραδίνυσθ καὶ διαλαχθέντες, ἐπὶ πολλῶν καιρῶν ἡ ἄδικα πολλοῖς αἰτία γίγνηται, τάχ' ἄν ἐ τύχοιεν (scilicet οἱ ῥόδιοι personaliter) σωφρονίσασθαι πρὸς τὸ λοιπὸν ἢ χρόνος γένοιντο. Potest & hoc personaliter exponi: ἐ φίλιππ & ἀκὼν ἐνίκα ἄν τύχῃ, cedendo ubi & quando ei uisum fuerit: ubi putarit se id sine suo detrimento facturum. est ἀφ β. subiunctiui, ἀ τυγχάνω.

ἀξιόπιστ.) Scilicet ἀπολῶν, minitãti ei fides haberi potest. quasi dicat: satis perspecta est Philippi in malefaciendo benignitas.

ὑμᾶς διαβάλλων.) Nos criminando, non quidem ut insidiantes aliorum libertati (nam id crimen in ipso Philippo hærebat magis) sed aut ut parum potentes, aut (quod magis probo) ut ignauos, negligentes, parum fidos & acres societatis atq; amicitiæ cultores.

ὑμᾶς καὶ τὴν ἀπιστίαν.) Declarat τὸ διαβάλλων ὑμᾶς, atque ideò uaticinatur. Nam ἡ τῶν ἀλλοτρίων ἀπιστία nonnulla ex parte & ipsa in causa fuit, ut Olynthus excinderetur: quum eorum quadraginta triremes uenissent seruatum, & cætera auxilia parum firma essent, ut in Midiana refert Vlpianus.

τρίψῃ.) In Vlpiano legitur φήσῃ, actiua, non media uoce. quod si rectum esset, legendum putarem, φήσῃ τι καὶ παρασπάσῃ τι. Sed parũ refert, & παρασπάσῃ sonum habet ampliorem.

φήσῃ.) Scilicet τι, uel τὰς γνώμας τ ἑλλήνων: uertat ac mutet aliquid, auertat animos Olynthiorum à nostra societate.

παρασπάσῃ.) Reuellat, conuellat, surripiat.

τὰ τ ὅλων πράγματα.) τὰ ὅλα πράγματα, totæ res, summa rerum. Fortasse Græciæ principatum innuit, aut alioqui rem maximi momenti. Sententia est: Ne Olynthios à nobis alienatos ad suam pelliciat amicitiam, atq; ad nos oppugnandos firmior ueniat. Maxima subtilitas est huius orationis, & nonnulla etiam ex breuitate obscuritas. Sed Atheniensibus rerũ illarum gnaris omnia declarare copiosius opus nõ fuit.

ἐπικῶς.) Alioquin est, æquè, ualde, commodè: hic tantundem ualet, ac si dicas, bene cecidit, bene habet.

ἀνοσμαχώτατον.) Expugnatu difficillimum, in gerendis cum eo bellis nobis incommodissimum, id quo tutissimus est, quo maximè nititur. Sic eius potentiam callidissimè extenuat.

τ φιλίππ πραγμάτων.) Quasi dicat: quod ad cætera attinet, pertenues sunt eius opes.

καὶ βέλτιστον.) Scilicet ὄξιν, etiam optimum est uobis. τοῦτο γὰ idem est. Nota καὶ sæpe redundare, sæpe per etiam aut uel interpretandum.

ἕνα τινα ἕνα ὄντα.) Illum, qui est unus: eum unum, quòd is unus. Sententia est: Vnius imperium ad res gerendas opportunum, liberis ciuitatibus suspectum esse. Plato Theæteto, μέλλοντα γὰ οὖν καὶ τὸν ἄλλον, εἰ ἐν ἐθέλουσι λέγουσι τὸ παῦ, ἀδοκιμάζων & μὴ φορτικῶς σκοπῶμεν, ἵνα μὴ σχίζωμαι, ἵνα ἕνα ὄντα παρμενίδην.

καὶ ῥητῶν.) ῥητὰ καὶ ἀπόῤῥητα, sunt dicenda & tacenda, aperta et arcana. Neq; reprehendendũ putem: si quis fas & nefas, fanda & nefanda interpretetur. Quia honesta uulgari, flagitiosa celari solent.

ἢ ἀπορρήτων.) Facilius tacẽtur & latent ea quæ unus nouit, quàm quæ plures. Quanti autem interfuit, imperatorum ignorari consilia, declarauit Cæcilius Metellus, cum diceret, se tunicam in ignem conjecturum, si sciret arcanorum esse conscium.

στρατηγὸν καὶ διοπότην.) Athenienſium duces non erant διοπόται καὶ αὐτοκράτορες, non licebat eis suo arbitratu quiduis agere, ut dictatoribus: sed metuere iram populi cogebantur, qui decem aliquando duces, ut & ante illos uirum de republica præclarè meritum Miltiadem Cimonis patrem, refragante Socrate, capitis condemnauit. Sic fiebat, ut aliquando facerent, non quæ esse optima, sed quæ facilimè probari posse populo credebant.

καὶ ταμίαν.) Quæstorem, qui ipse claues habet ærarij, nec expectare cogitur, dum tributa extorqueantur, ut uestri duces. uel, ταμίαν appellat administratorem, eum qui negocijs præest, ut Homerus:

Ζεὺς ἀνθρώποις ταμίης πολέμοιο τέτυκται.

Iupiter & belli & pacis mortalibus autor.

Quam sententiam etsi Plutarchus suo quodam consilio reprehendit: tamen poeta sapientissimus, bella non existere tantum consilio numinis, mortalium scelera punientis, sed eorum euentus etiam regi diuinitùs significat. Sic Philippus excitatus est ad punienda flagitia, socordiam & arrogantiam Græcorum, ac in primis Athenienſium, qui oracula Socratis, Platonis, Isocratis, Demosthenis, & aliorum (omnes enim uiri sapientes uaticinari multa, non minus quàm Delphicus Apollo quondam, & possunt & solent) contempserunt. nec ætati nostræ exempla desunt. Sed hæc ἐξω τ ὑπολόγου.

ταχὺ δὴ καὶ διαμέν.) Vno iubente, omnes in officio sunt, non intercedunt prolixæ disputationes: nõ expectanda est aliorum, eorumq; nõ rarò dissentientium, & malorum ciuium autoritas. Monarchiæ cõmoda, Democratiæ incõmoda, uide copiosius in Isocratis ὑμβλευτικῶ, & in oratione περὶ στεφάν. ubi Demosthenes acta sua & copias, cum actis & copijs Philippi, eleganti contentione comparat.

καὶ ἐκατὰ καιρόν.) In tempore, maturè. Nam celeritas in bellis plurimum ualet. unde Lucani Cæsar:

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Demosthenes autem sæpe queritur, Athenienſes apparandi tempus in deliberando consumere, atq; actum agere.

πολλῷ πρόσχει.) Multum excellit: sicut dicunt μικρῷ μάλιον, paulo maior. τῇ κεφαλῇ μακροτέρῳ, capite longior, Des kopffs, oder vmb den kopff lenger.

τὰς διαλλαγάς.) διαλλαγὰς, quod magis est proprium, sed illud sonantius: ἐκ τοι ὲ τὰ νομίσματα μένον, ἀλλὰ καὶ αἱ φιλίαι καὶ διαλλάττουσι reconciliationẽ, pacificationem. Nam Philippũ Olynthijs intulisse bellum, docet Libanius:

ἅς ἄν ἄσμεν.) Cupidus, libens: nomen ex participio. uidetur à uerbo ἄδω, placeo, uenire. unde ὁσμίν, & spiritu accentuq; mutato, ἄσμαι, ἀσμένως, ἀσμενίσθην, ἀσμενίσατε, ἀσμενίσω ἐδίαν, αὐτὶ τῆ, ἄσμαι ἐδίαν.

τρίτου.) Philippica tertia, ἐλαυθέρους πεποιῆσαι ἀπάντων ἐκ πόλεως τάλλα ἔπαγε, ἔστι δὲ ἀνοῖν θάτερον ἢ ἐκείνοις μὲν αἰσθῆ, ἢ αὐτὸν ἐν μανίαις. Videtur igitur hic Demosthenes non historiæ ueritati, sed causæ seruire: nisi fortasse pòst hanc orationem habitam, demum ea dixerit, cum illi postulata eius repudiassent.

ἀνεπιτήδ.) οὐ μόνον οὐ πολλῷ πρόσχει, ἀλλὰ καὶ ἀμεθόλως ἔχει. Quia tyrannis cum liberis ciuitatibus diu conuenire non potest, cum illi dominari omnibus, hæ seruire nemini uelint: In tanta autem diuersitate studiorum & uoluntatum, constans esse societas nulla potest: & simulatio pacis atq; amicitiæ multis exitio fuit;

κίνητος

ἀναστάσεως.) Aliàs resurrectio, hic excidium: unde πόλις ἀνάστατος A
γεγονυῖα, urbs euersa, è qua ciues pelluntur.

ἀνδραποδισμῷ.) Quum ciues sub corona ueneunt, atq; in seruitutem abducuntur. In oratione Chersonesitana utrunq; uno uerbo complectitur: ὡς οἰῶ, inquit, ἅπαντ' ἐστὶ τοῦτο ἀγῶνος, ὅτῳ προσόντες γινώσεσθε. Illud etiam hic monendum est, nihil interesse, tametsi pro excidio & seruitute salutem & libertatem dicas, nisi quòd illa uocabula quodammodo ad terrorem augendum atrociora sunt.

ἀμφιπολιτῶν τὸς παραδόντας.) Pro, ἀμφιπολιτὰς τὸς παραδόντας. ut postea, πυνθάνῃ τὸς ὑποδεξαμένους, pro, πυνθάνει: ut Plinius, Nigræ lanarum, canum degeneres: pro, nigræ lanæ, canes degeneres. Non enim puto certos aliquos deditionis & receptionis autores, sed totam ciuitatem significari: ut partitio fiat, non inter ipsos Amphipolitas & ipsos Pydnæos, quasi per seditionem aut proditionem res actæ sint: sed inter Amphipolitas & Pydnæos, & inter τὸ παραδοῦναι καὶ τὸ ὑποδέξασθαι. Quomodo Pydnæos tractarit, ex historia mihi non constat: sed oppidum uel direptum esse, uel in seruitutem redactum, facile hinc colligitur. Amphipolitanos clementer à Philippo habitos, electis tamen aduersarijs scribit Diodorus.

τὸς παραδόντας.) παραδοῦναι τῇ πόλει, dedere urbem, deditionem facere. Nam Philippus in suis ad Athenienses literis scribit, ἀποδιοῤῥύσας ἁλαβον τὸ χωρίον. Pòst, Amphipolitas in fidem & clientelã Athenienſium committere se uoluisse dicit: διαδύοντὸς ὑμᾶς ἀπολῦσι, καὶ παραλαμβάνειν τῇ πόλει.

τὸς ὑποδεξαμένους.) Qui oppido tanquam amicum receperunt. Historia de Pydnæo, quod ego sciam, non extat: sed satis apparet, Philippum hospitem pro hoste se gessisse. sicut apud Ouidium Tarquinius: Hospes ut hostis init penetralia Collatini. Et patrum memoria magnus quidam princeps, urbis non paruæ proceres monuit, ne in posterum quenquam cum exercitu ipsis fortiore intra mœnia, quamuis amicum, reciperent.

καὶ ὅλως.) Denique, ad summam, in uniuersum.

ἡ τυραννὶς ἄπιστον.) Scilicet χρῆμα. ut Virgilius,

—Varium & mutabile semper
Fœmina.— &,
Dulce satis humor.— Item,
Triste lupus stabulis.—

ἄπιστον.) Id est, οἱ τύραννοι ἄπιστοί εἰσιν τοῖς πολίταις. id est, tyranni non sunt fideles, non seruant fidem rebuspublicis. Sed malo paßiuè interpretari: Respublicæ tyrannis fidem habere non debent, non tutæ sunt. Hæc sententia secunda Philippica declaratur his uerbis: ὅτι ἀσφαλὲς τοῖς πολίταις αὐτῆς πρὸς τὸς τυράννους αὐτῆ λίαν ὁμιλίαι.

ἐὰν ἔχωσι.) Si etiam habeant, ἐὰν ἔχωσι καὶ.

ὅμοιον.) Sic Plutarchus de Thebanis & Athenienſibus loquens: ἧκιστα, inquit, τοῖς διὰ τὴν γεγενῆσθαι ἀψιμαχίας, αὐξανομένην ἑκάστοτε τῶν πολεμικῶν πρὸς ἀλλήλας διαφορῶν τοῖς πόλεσι. & Vlpianus: αὐτὸ, inquit, τὸ πλησιάζον ἢ τόπῳ, ὥσπερ ἔνθεν τὰ ἐγκλήματα τίθεσθαι. Interpretationem eò non ascribo, quòd utrunq; locum rudis Lector ex mea conuersione potest petere.

ἔχωσιν.) Scilicet αἱ πολιτεῖαι. Nam ὁ τυραννὶς singularis numeri est: sed sententia eòdem recidit. Nam si ager Olynthiorum uicinus est Philippi, ergo & Philippi ager Olynthijs. τὸ γὰρ ὅμορον τῶν πρός τι ἐστί. C

ταῦτ' ἐγνωκότας ὑμᾶς φημὶ δεῖν.) Id est, ἐπειδὴ ἐγνώκατε ταῦτα, φημὶ δεῖν ὑμᾶς: si Latinè conuersum uelis.

ἄλλ' ἃ προσήκει.) Scilicet ὑμῖν. Quæ nam illa sunt? Gloria maiorum, Græciæ principatus, oppreßis opitulandi consuetudo, grassationes & iniuriæ Philippi, periculi magnitudo, nisi ei resistatur.

φημί.) Dico, affirmo, censeo.

ἐβιλῶσαι.) Scilicet αὐτὸς αὐτιλαμβάνεσθαι τῶν ὀλωθιανῶν πραγμάτων, καὶ βουλῶν τοῖς ὀλωθίοις.

παροξωθῶσαι.) Scilicet κατὰ φιλίππου, excusi, excitari contra Philippum, siue ad iracundiam, siue ad rem strenuè gerendam. Nam utroque modo uerbum hoc exponi potest.

τῷ πολέμῳ προσέχειν.) Scilicet τὸν νοῦν, bello intendere animum, toto animo incumbere in bellum: sic & Latini dicunt, uel aduertere, uel animum aduertere.

ἔπρᾶττε ποτε καὶ νῦν.) Si unquam, & nunc, id est, si ullum unquam fuit necessarium gerendi belli tempus, nunc certè est. Sic enim rectius distingui puto, quàm si, ἔπρᾶττε ποτε καὶ νῦν χρήματα ἀσφόρητας, coniungatur.

χρήματα ἀσφόρητας.) Pecuniæ sunt nerui bellorum, non minus quàm diffidentia sapientiæ: quàm ægrè autem, & minimè προθύμως Athenienſes tributa contulerint, ex multis nostri autoris orationibus apparet, Androtioniana præsertim.

ἀσφόροντας.) Conferendo, exeundo, omittendo.

ἔστι γὰρ λόγος.) Videtur λόγος ueram causam, rationem, defensionem, excusationem: σοφίσις, prætextum, commenticiam atq; inanem & simulatam significare. Quod discrimen, si cui displicet, συνωνυμίαν et uerba idem significantia esse dicat.

ὑφ' ὑμῖν.) ἔτι ὑμῖν, κατ' ἀπόστροφον.

ἀποπολεμῶσαι.) πολεμίους ποιῆσαι, hostes reddendos, ad bellum Philippo inferendum concitandos. ἀποπολεμῶ per ω, expugno: ἀποπολεμῶ per ο aliud est. Hæc eò annoto, quòd compertum habeo, magnos, ut habentur, doctores, in huiusmodi minutis rebus, ex fiducia ingeniorũ, doctrinaq; persuasione minus diligentes, hallucinari. Ego uerò censeo, ei qui docere uelit, accuratè intuenda esse omnia, nec suo duntaxat fidendum ingenio, sed consulendos omnes omnium eorũ qui haberi possunt, commentarios atque interpretationes. Alioqui se modò turpiter dabit, modò minus præclarè suo fungetur officio. Scio quid, & cur dicã. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ταῦθ' ἱκανά.

αὐτόματον.) ὁ καὶ ὑφ' αὐτόματον, καὶ τὸ αὐτόματον, id quod ultrò & sponte fit. ὑπὸ τύχης, καὶ τὸ αὐτόματον, quorũ hoc casum, illud fortunã interpretantur, prolixius in Physicis Aristoteli disputationes pepererũt.

καὶ ταῦτα.) ἄλλως τε, præsertim, idq;, amplificandi particula ex aliqua circunstantia. ut Cicero: Quanquam te M.F. annum iam audientem Cratippum, idq; Athenis, &c.

πεισθέντος.) ἀ πάθομαι, persuasi (quod participium in Rhetoricis ad Herennium sæpius usurpatur) adducti, impulsi, consilio & impulsu nostro. Hinc oratorum argumenta dicuntur πίστεις, id est, ad persuadendum accommodata.

ἀνάλωτος.) Ab ἀναιρᾶσθαι. Sed obseruandum, quæ tempora uerborum, in qua notione sint usitatiora. Deinde considerandũ, an ἀπραγμονῆσαι (ut Libanius) & ἡσυχάσαι (ut Demosthenes postea) ἢ πόλεμον, idem sit quod ἀναλίσθαι. an uerò hoc, propulsare bellum, nec reformidare: illa, inferre significent? An uerò inter ἀμύνειν καὶ ἐπαμύνειν tale discrimen sit, quale illud Liuianum est: Nec ostenderunt, inquit, belli primam intulerũt. In secunda quidem Philippica, πῶς οὐχ ἕξομεν πῶς πρὸς ὑμᾶς, αὐτὸς ἀνῄρητο. quum ait, ἔχθραν ἀναιρᾶσθαι πρός τινα, est suscipere alicuius, uel cum aliquo (nam utrunq; dicitur) inimicitias. Dubitationes huiusmodi nulla ratione melius explicari possent, quàm si omnes eiusdem uerbi loquendi modi ex optimis quibusq; autoribus congererentur. Quale opus à me annos abhinc duodecim institutũ atq; inchoatum, crebræ migrationes & occupationes interruperunt.

καὶ μέχρί τινος.) Pro, μέχρί τινος χρόνου, ad tempus: ὑβριστικῶς. non constanter. Sub finem huius orationis, ὡς ἅπαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον. ibi τοῦ non pro τινὸς, sed pro τότε ponitur. Quanquam dubitari potest, an πρὸ τότε πρότερον, uel πρῶτον πόλεμον potius sit legendum. Nam ἡ λακωνογραφία καὶ ἀγνωσία, multus nobis parit (si dijs placet) elegantias, & obseruationes.

ταῦτ' ἂν ἐγνωκότες.) Hæc sentirent, in hac sententia manerent. ταῦτα, hæc: ταὐτὰ, pro τὰ αὐτά. eadem, & ταὐτό.

ἐπὶ τοῖς πρὸς αὐτὸς ἐγκλήμασιν) Ob crimina illata sibi à Philippo, qui eos ut perfidos & fœdifragos criminatur, ob pacem nobiscum factam. Si non πρὸς αὐτὸς, sed πρὸς αὐτὸν legeretur: sententia esset, propter iniurias, quibus se ab eo affectos esse queruntur.

μισεῖσι (τὸν φίλιππον) ἐχεῖν.) αὐτὶ τοῦ ἔχειν.

τί γὰρ ὧν) ἐνέσων ἄ. quæ sunt illa? ἃ ἀνάστασις καὶ ἀνδραποδισμὸς ἦ παρῆν. Ecce iterum uaticinatus est Demosthenes. Euenerunt enim ea, quæ timere dixit Olynthios.

καὶ πιπόνθασιν.) ἀ πάσχω, uel antiquo uerbo πίνθω. Colligitur ex hoc loco, non inani suspicione impulsos Olynthios, pacem fecisse cũ Athenienſibus: sed ex aliquibus sibi factis iniurijs perspexisse Philippi mentem, grauiora cogitantis.

παραπεπλωκότα.) à παραπίπτω, casu oblatam.

ταυτὸν ὄνειρ.) Cicero, Non eadem est collocatio accusatoris & rei.

ἐνίκα ἀ τότε.) Obseruandæ sunt tales particulæ.

ἔδ'.) ὅτι, quando: non, ὅτι, quod.

ἥκομεν βοηθησόντες.) Veniremus auxiliati, scilicet, pulsis Thebanis. Vide in oratione Chersonesitana concionem Timothei. Nisi fortè intelligendum est de Macedonibus, autore Demosthene, pulsis. cuius rei Plutarchus meminit in uita nostri autoris.

παρῆσαν.) Aderant. Posset etiam legi παρῆσαν, prodijssent. Est enim παρεῖναι, uerbum de ijs usurpari solitum, qui surgunt, ac in medium prodeunt, ad habendam concionem. τοῦ pro τότε, ut suprà ταυτὸν pro ταυτό. Non ignorari puto, illud esse Atticum: in hoc ν ἐφελκυστικὸν, ut uocant, accedere, ad uitandam τῶν παφάλληλον ἢ φευκτὴν ὄψιν, ut Dionysius Halicarnassæus loquitur.

ἀμφιπολιτῶν.) Scilicet πρίσβεις.

ἃ παρεχόμεθα.) Si exhibebamus: pro, exhibuissemus. ἀναλλαγὴ Græcis & necessaria, & frequens. & mox sequitur, εἶχε' ἄν, haberetis, habuissetis. Carèt enim optatiui & subiunctiui imperfectis & plusquã perfectis:

perfectissimeq; supplent imperfectis indicatiui, aliàs addito ἂν, aliàs omisso. Sic etiam παρακειμένοις καὶ ὑπερσωτηλίκοις καὶ ἀορίστοις utuntur: ὡς ἂν πεποίηκῳ, ἐπαισθάνει, ἐποίησε.

τέως.) Quasi dicat, statim: sine ullo sumptu & labore, missо tantum instructo adhuc, & uictore exercitu.

τῶ μετὰ ταῦτα.) Scilicet γενομένῳ, ὑπολειπομένῳ.

ἀπαλλαγμένοι.) Ab ἀπαλλάττομαι.

πραγμάτων.) ἀσχολιῶν, λυπῶν, ἀπανωῶν, πολέμων. Amphipolitanum bellum constitisse Athenienſibus mille ducētis talentis, docet Vlpianus, plus ſexta parte æſtimationis agri Attici, quæ fuit, ut in oratione περὶ συμμοριῶν legimus, ἑξακισχιλίων ταλάντων. Illud igitur uerè fuit hamo aureo piſcari, quod & noſtra ætate factum meminimus. Demoſthenes Olynthiaca ſecunda 1500. ταλάντων meminit, τῶν μάτην ἀναλωμένων. Bellum autem illud fuiſſe tam Philippo quàm Athenienſibus graue, tum ex Demoſthene conſtat, tum ex Iſocratis etiam noſtri Philippica.

πύδνα.) Amphipolis inter Macedoniam & Thraciā: Pydna Macedoniæ, Potidæa Thraciæ, Methone Achaiæ, Pagaſæ Theſſaliæ oppidum, ſicut & Pheræ, & Magneſia.

ἑκάστοτε.) ἑκατὰ ἕκαστα, per ſingula, ſingulatim.

τελειομένοις ἀπαγγέλλετο.) Atticum, pro ἀπηγγέλλετο. ἐτερώσεις numeri, quanquam optimus quiſq; ſcriptor perpetuò ſic loqui ſolet, ac neutris pluralibus uerba iungere ſingularia.

τότων ἐνί.) Scilicet τῶ χωρίων, τῶ πόλεων.

ὡς προσῆκεν.) Maturè, ac iuſtis copijs, niſi quis ita malit intelligere, ὡς προσῆκεν βοηθῶν, ut ſignificet, ex officio debuiſſe Athenienſes illis ferre opem.

αὐτοί.) διὰ πολιτῶν, καὶ μὴ διὰ ξένων ποιούμενοι τὰς βοηθείας.

αὐτόματα.) αὐτομάτως, ἀργύτων ὑμῶν, καὶ διανυσιαζόντων, ἐν ἡρεσμέναις ἑκαταζόντων, καὶ χορεῖα ἐρριμμένων πρὸς τὸν ὀρχηστήν, καὶ τὸ τελεσθὲν, ut Lucianus ait.

πωὶ δὲ ἑκαστὸς ὕπει τίς; ἄτος ὁ.) Alij ſic diſtinguunt ὕπει, τίς ἄτος; ὁ. Alij, ὕπει τίς, οὕτως ὁ. quæ haud ſcio an rectiſſima ſit. Neſcio enim quomodo hic interrogatio mihi aſperior uidetur. τὸ τίς idem quod ὅτι ὀκταραττόμενος.

αὐτόματος.) Quaſi dicat: Quanquam ſtultum atq; improbum eſt uotum ueſtrum, tamen idipſum factum eſt quod expectaſtis. αὐτόματα σχεδὸν ἑκάστων, & ἑκαστὸς ὕπει αὐτόματος, ſe mutuò reſpiciunt.

τῶ πρότερον.) Etiam ſuprà monui, articulos cum aduerbijs degenerare in nomina adiectiua. Eſt igitur ὁ ὦ τὸ πρότερον, idem quod ὁ πρότερος, ὁ πρωτέρα, τὸ πρότερον. Ac τῶ πρότερον, ἀλλωικώτερον μὴ τῶν πρωτέρων ἦ, συμφωνότερον.

ἑκατὸν ἔτεσι.) Sequitur uerbum ἔχειν, non ſubintelligitur ὡς.

ὑπηργμένων.) Ab ὑπάρχω, cuius multi ſunt & elegantes loquendi modi: ἑκατασὰς, pro ἑκατασταθὰς, γενόμενος.

τὸ ἀπολωλεκέναι.) Perdidiſſe, id eſt, quòd perdidimus. Sic commutata ferè eſt Græcis & Latinis infinitiui ratio. Nam quod hi per infinitiuum efferunt, illi per ὅτι, & contrà, non ſemper, ſed ſæpè.

ἂν ἔχειν αὐτοῖς χάριν, ἀκόντως.) ἔχειν ἀκόντως coniungi poſſunt. Sed ſi ante ἀκόντως interpungatur, eaq; uox abſolutè capiatur: ἀμφοδεξιακότερον ἂν εἶναι λέξει.

ἀπολωλεκέναι.) Ab ἀπόλλυμι, uel ἀπολίω, ἀπωλόλεκα, periſſe: hoc paſſiuæ, illud actiuæ ſignificationis.

πολλά.) Vt Amphipolim, Potidæam, Haloneſum, Pæparethū, Cardiam (cuius quidē iactura grauiſſima eſt: αἱ γὰρ ἑκάστοτε ἀπολωλύσαι ἀδίκως ἔσην ἄφιλοι, καὶ ἀλόγιστοι) atq; alia.

ἀθύμητότερος ἀμείνων θέα.) νομίσειεν ἄν τις. Verbum θέαν reſpicit nomen λογισμός. quaſi dicat, in hac ratione ineunda calculos ponet ad ſocordiam noſtram, ad diuinam beneficentiam, &c.

παρῳχήκει.) ἀ φάναι, præteritum medium: formandi ratione pete à Grammaticis.

τότων.) Scilicet ὧν ἀπολελοίπαμεν καὶ παρόνθαμεν.

ἀντίῤῥοπον.) Depultricem horum, exæquantem hæc, quæ ſit paris ponderis & momenti. translatio, à trutinis ſumpta.

ἢ παρ' ἑκάνων.) Id eſt, ἑκάνων. ſuprà παρὰ τῶν θεῶν, id eſt, θειότερον, diuinitùs.

εἰκὸς.) Hoc uerbum, ut & δοκεῖ, φαίνεται, ὡς ἐκὸς, apud Græcos ſuum habet uſum & elegantiam: ut & γε, δὲ, δὴ, τοι, alia huius generis. ſed apud Latinos aliquando ſine ſententiæ detrimento, ut ἰδιωτισμοὶ neglegi, aliquādo alia forma orationis poſſe inſeri uidētur.

παρόμοιον ἔσῤῥ, καὶ περὶ τῶ πραγμάτων ὅτως.) Obſeruāda eſt hæc ἀπόδοσις. pòſt, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ.

κτήσεως.) Non tam poſſeſſionem ſignificat, quàm acquiſitionem.

ὅσα λάβῃ καὶ σώσῃ.) καὶ, etiam: Si quam acceperit, eam etiam conſeruarit.

ἀναλώσας λάθῃ.) Ab ἀναλίσκω, uel ἀφαλίω & ναυλαίνω. ναυλαύω

A ἀναλίσκω, uel ἀναλίσκω ναυλαύω, imprudens conſumo, non animaduerto me conſumere. id quod philoſophis facilimè accidit, tum quòd pecuniæ non multum eis dari ſolet: tum quod idipſum quod datur, minus curant: tum quòd fortunam non tam propiciam habent, quàm animū liberalem. Sic ναῦλα βιώσας, uel βίωλ ναυλαύω.

σὠκανάλωσεν.) Vnà abſumpſit: pro, abſumit, ut in Iſocrate annotauimus.

τὸ μεμνῆσθαι τῆ τύχη τῶν χάριν.) Memoriam accepti à fortunà beneficij.

μὴ χρησάμενοι ἀρθῶς.) Id quod fit uel ſocordia, uel ſtulticia. Vnde etiam Germani dicunt, Multos à Deo ſalutari, qui eum reſalutare neſciant: id quod non aliud eſt, quàm τοῖς λαοῖς καὶ τοῖς παρὰ τῶν θεῶν ὑπηργμένοις μὴ χρῆσθαι ἀρθῶς.

τὸ ἐκβαῖ.) Ab ἐκβαίνει, euenit. Sic Cicero: Id conſilium ita nobis probabatur, ut de eo homines ex euentu iudicaturos uideremus.

ἔκαστον τ.) pro, ἑκάστα τὰ προὐπαρξάντα. id eſt, λαοῖ, σὺν αἰσίοις.

ὡς τὰ πολλά.) Plerunq; fere, ὡς ἔπη τὸ πολὺ, τὸ πλέον.

ἀφνιστ) Scilicet à uulgo. Nam eruditi in cauſis rerum intuentur.

διὸ καὶ σφόδρα.) καὶ hic eſt ἐπιτάσεως: ut cum dicunt, καὶ μάλα.

ταῦτ'.) τὰ ἠμελημένα, correctis ijs quæ negleximus. niſi quis malit ταῦτα referre ad τὰ λοιπὰ, & ὑπανορθώσασθαι interpretari pro λαθεῖν, ritè adminiſtrare: in quo & ipſo nihil ſanè eſt incommodi.

τῶν ἔπι τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν.) Scilicet γενομένων. apud Latinos certè, niſi dicas, ſuſceptum ob rem malè geſtam dedecus, horridius fuerit.

προεσόμεθα.) Proïciemus (nam hoc uerbo & Cæſar utitur) deſeremus, amittemus, deſtituemus, negligemus, à προΐημαι.

προεσόμεθα, διατραφήσεται.) Non improbo hanc lectionem, ſed malim ſubiunctiuo per ω & η, προεσώμεθα, διατραφήσεται. Suſpecta enim mihi eſt inſcitia & oſcitantia librariorum, qui τὰ χαρακτηριστικὰ γράμματα modorum non obſeruant, ο ι ει ὰ indicatiui: οι αι optatiui: ω η ſubiunctiui: qui certè modus hic requiritur, τῶ ὁποτέρως λεγομένων τότων, ἀλλὰ μὴ ἀποφαντικῶς. Neque neceſſe eſt ad χρόνων ἐναλλαγὴν confugere.

τί τὸ λωλύσαι.) ἐμφατικώτερον, quàm ſi dixiſſet, τί λωλῦσαι; τὸ λωλύον βαδίσαι, prohibens, quòd prohibeat ire, quo minus eat.

ὅπως βούλεσθ.) Quòd ualdè διὰ ῥημισμὸν, ne malè ominetur, ſi dicat, eum etiam in Atticam ire & uelle & poſſe.

τὸ διὰ ἀρχῆς.) διαῤῥήτως. Alij ὑφὴν ſcribunt τοπαταρχὰς, ut & ὁπωσδήποτε, παραχρῶμαι, ἐντινοῦν, δηλονότι, τουτέστι, παραχρῆμα, τοπρῶτον, ὑπαρχῆς. Alij ſingulis uocibus ſuos ſpiritus atque accentus tribuunt.

λαβὼν, &c. ἔστε ἐνέβη.) Cum cœpiſſet, &c. demum ingreſſus eſt in Theſſaliam.

πανδ'.) Scilicet τἆλλα, uel ταῦτα πάντα.

ἐνβαλὼν.) ut Terem et Cerſobleptē, ut apparet ex Philippi literis.

διατρῆσαι.) Fuerunt etiam alij duo, ut ex Ariſtocratea oratione apparet, ἀμάδοκος καὶ βιθυσάδης: quibus, an uerò alijs, regna confirmarit, ego affirmare, propter hiſtoriæ ignorationem, non poſſum. Sic talci tamen regnum confirmaſſe uidetur.

C ἐμνήσθη.) ἐνόησε. Meminit & in Philippicis: τέθνηκεν ὁ φίλιππος· ἐ μὰ Δί', ἀλλ' ἀσθενεῖ. τί δ' ὑμῖν διαφέρει; τὸ ἀσθενεῖν, κἂν τῶ ἐτησθῶσι τῆ μάχη τῆ πρὸς ὀνόμαρχον: uidetur & uerbo & ſententiæ alienū. Eſt & ῥᾴδιόν aliud, quàm ἅπασαν τὴν δύναμιν ἀναλαβεῖν, id eſt, omnes ſuas copias educere.

ῥᾴδιον.) Vbi cœpit habere melius, leuato morbo. ῥᾴδιον triſyllabum fit à ῥᾷον. ῥᾴδιον diſſyllabum, lacero. λυπεῤῥαιστὰ λώβη, in Euripidis epitaphio.

ῥᾳθυμία.) Quaſi ῥᾴδιος θυμὸς, facilitas animi, omiſſior animus, nō ſatis acer & intentus, atq; ad uoluptatem pronior.

ἐπιχέρησε.) Manus attulit, aggreſſus eſt.

ἤλυσε.) Illyris Italiam, Germaniam, & Macedoniam attingit.

παίονας.) Pæonia, ut ſtiō Macedoniæ pars eſt. non multum abludit à Pannoniæ nomine. Zonaras οἱ παννόνιοι, inquit, νέμονταί μὲν περὶ τὴ λαλματίᾳ, παρ' αὐτὸν δὲ τὸν ἴστρον, ἀπὸ Νωρίκης μέχρι θρᾴκης μυσίας, &c. πρὸς δὲ τῆ ῥοδόπη καὶ πρὸς αὐτῆ τῆ μακεδονίᾳ τὸ τῶ παιόνων ἔθνος ἔσχε.

ἐνέμβαλε.) Alij ἐνέββαλε, ut Pauſanias, non per μ, ſed per duo ββ. Scribunt nonnulli υ, ut parum à μ diſtet. fuit patruus, θεῖος πρὸς, Olympiadis, uxoris Philippi, Epiri princeps. Plutarchus ἐνέβαλε uno β ſcribit, eiq; tribuit filium Aeaciden, nepotem Pyrrhum. Frater Arymbæ fuit Neoptolemus Olympiadis pater.

ἔπη τις εὖ ἔπη.) Quò quis dicat, id eſt, Et quò non?

γνῶτι ὡς ἀλυσιτελὴς καὶ τῶν φιλοπραγμοσύνων.) Eiuſdem uerbi diuerſa conſtructio.

φιλοπραγμοσύνη.) Animus alacer, inquietus, ſtrenuus, qui delectatur

latur gerendis rebus. πολυπραγμοσύνη, tametsi multas occupationes significare uideatur, tamen in malo plerunq; ponitur, ut Latinis curiositas & importunitas.

ἢ συζῇ.) Cum qua uiuit: id est, quæ individua eius comes est, in qua omne suũ studium & ætatẽ consumpsit. συμβιῶναι idem ualet quod συζῆν, ut in oratione de Corona: ἐγὼ μὲν οὖν τοιαύτης συμβεβίωκα τύχης.

ὑφ' ὅτ.) Præ qua non est, ut cõtentus rebus gestis, ocium agat, id est, Quæ cum quiescere non patietur. ἀγαπᾶν καὶ σχολὴν cum datiuo, acquiescere, æqui bonique facere: aliàs amare significant.

σχήσει.) Abstinuerit, uel σχέσει.

τῶν ὑπαρχόντων.) Τ ὄντα πεπραγμένων, ἢ λόγους τινὰς καὶ δυνάμεις.

ἐρρωμένως.) Vt αὐταμένως, ἐντεταμένως, aduerbiũ è participio: quod comparatur, ἐρρωμένον, ἐρρωμενέστερον, ἐρρωμενέστατον. unde formatio aduerbij non obscura est.

σκοπεῖσθε ἐς τί ποτε ἡ πρᾶξις (scilicet ὅδε, uel ἥδε) ταῦτα τελευτήσει;) In quid tandem hæc finitura esse, spes sit. Verbum τελευτᾶν absolutè ponitur, ut & apud Plutarchũ in Conuiuijs, διαγωγὴ ἔστιν ἐν οἴνῳ τὸ συμποσιον, ἐς φιλίαν ὑπὸ χάριτος τελευτῶσα. Idem in Theseo: τὸν μὲν φίλον καὶ ξένον ἁρπαγὴν, πολίτην μὲν ἐπαινῆσαι τὸν ἀστικὸν· αὐτῷ δ' ἐς φυγὴν καὶ ἔλεγχον τελευτῆσαι.

τὸν ἐκεῖσε.) Bellum illic gestum. ἐκεῖθεν, illinc, ὁ ἐκεῖθεν πόλεμος. Nos nullum tale adiectiuum possumus fingere. ὄντα, pro ὄντα. Sæpe Græci accusatiuis participiorum utuntur, ubi Latini infinitiuis: in ijs maximè uerbis, quæ Moschopulus, τὰ γνωστικὰ, καὶ τὰ ἐπὶ δηλώσεως appellat, ut οἶδα, σύρισκω, ἐρῶ, &c.

τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ.) Positi etiam legi ἔνθεν.

οἱ δανειζόμενοι.) Qui mutuum sumunt: οἱ δανείζοντες, qui dant mutuum.

ἐπὶ τόκοις μιγάλοις.) Varia fuisse usurarum genera, ex forensibus Demosthenis orationibus apparet, de quibus ibi agetur commodius.

τῶν οἰκιῶν ἀπέστησαν.) Domo profugiunt. Suidas οἰκεῖα τὰ διαφάλαια τῶν τόκων, interpretatur. Sed Vlpianus τῶν οἰκιῶν exponit, τῶν ἐνεχύρων, pignoribus cedunt. quod genus sunt ædes, prædia, uestes, &c. pro ἀπέστησαν alibi usurpat, ἐξέστησαν, οἱ δ', inquit, ἐπειδὴ διαλύειν ἐδίκασαν οἷς ὤφειλεν· ἐξέστησαν ἁπάντων τῶν ὄντων. Item Aristophanes ὑφίλαις· ἰὼ δειλαίαι ὦ βολοστάται αὐτοί τι καὶ ταρχεῖα καὶ τόκοι τόκων. ἀδίκως γὰρ οὐ μι φλαῦρον ὀργάσασθ' ἔτι. Budæus ταρχεῖα τὰ παρῶα exponit.

ἐπὶ πολλῷ.) Scilicet τόκῳ, βλάβει.

πολλὰ καὶ χαλιπά.) Multa difficilia. τὸ, &, non incommodè omittitur. Quæ autem sunt illa? tributum conferre, opem ferre periclitantibus, ipsos militare, excubias agere, stare in acie, uel uincere uel occumbere, in perpetuo esse metu de patriæ seruitute & excidio.

ὧν ἐπεβουλόμεθα.) ἐπέων ἁ. genitiuus partitiuè positus. ἐβουλόμεθα pro ἐβουλόμεθα, ἀτικῶς. Verba sic ordinanda sunt, δίδοικα, &cætera, μὴ ἐλθωμὲν ὕστερον ἐς ἀνάγκην ποιᾶν πολλὰ καὶ χαλιπὰ ὧν οὐκ ἐβουλόμεθα.

ἐβουλόμεθα.) Scilicet, μίχει τοῦδε, quæ hactenus facere noluimus. non est, ὧν οὐκ ἂν βουλοίμεθα, quæ nollemus. quanquam eódem ferè sententia recidit.

ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ.) Id est, τῇ ἀτικῇ, Τ, scilicet ὄντων, uel ὑπαρχόντων. est ἐπεξήγησις. Quasi dicat, de aris & focis.

αὐτίκα ὑστάτας.) ὑστάτας, in Aldino codice oscitantia librarij omissum puto. Nam sententiæ non incommodat, & in προοιμίοις δημηγορικοῖς eodem modo usurpatur. Cæsar in Catilinaria: Plerique mortales, inquit, postrema meminere. Vulgus proxima quæque meminit, cætera obliuiscitur: cuius ingenium in oratione Falsæ legationis egregiè describitur. In hanc sententiam etiam secunda Philippica: ἐρῶ γὰρ, inquit, ὡς τὰ πολλὰ ὑμῖν, ὃν ἐς τὸς αὐτίκα, ἀλλ' ἐς τὸς ὑπὸ χεῖρα μάλιστα τὼν ἐργῶν ἀφίντας.

ἐπόντας ἐν ἐργῳ ποιᾶσθαι.) Id est, τοῖς ἐπεῖσιν ἐργίζεσθαι.

κατὰ γνώμην.) Ex sententia, ita ut uolebatis. subintelligitur, τῶν ὑμετέρων. contrarium huius, παρὰ γνώμην.

ἰδίαν.) Propriam, id est suam, uel meam potius, τὴν ἐμαυτοῦ. Sequitur enim primæ personæ uerbum ἡγοῦμαι: priuatam, priuatæ securitatis ratione habita, priuati periculi metu. Sic etiam οἰκεῖα sæpe usurpatur.

ὑποστέλλεσθαι.) Dissimulare μηδὲν ὑποστελλόμενον ἐπεῖν, aperte dicere: ab ὑποστέλλομαι.

δίκῃ βουλητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν.) Gemini datiui eidẽ additi aduerbio. βουλητέον ὑμῖν τοῖς πράγμασιν: id est, ὑμᾶς δεῖν βουλᾶν τοῖς πράγμασι.

δίκῃ.) ἐν δίκου τόπου.

τὰς πόλεις.) δύω καὶ τριάκοντα Τ χαλκιδικὰς γίνας.

κακῶς ποιᾶν τὴν χώραν.) Malefacere regioni, infestare, uastari, populari.

παραστήσεται.) Coget ad deditionem.

οἰκίαν.) Scilicet χώραν, id est, κακοδαιμονίαν.

προσκαθιδᾶται.) Futurum secundum medium, ἀ προσκαθίσομαι. Ineres gerendas incumbet.

τοῖς πράγμασι.) τῇ πολιορκίᾳ καὶ τῷ πολίμῳ, ducet bellum. De bis enim rebus loquitur.

τῶν πολιορκουμένων.) ἐμφατικῶς: obsidionis mora intolerabilis. Troia decimo, Numantia tertio demum & decimo anno expugnata est. Sed rara hæc sunt exempla, nostro præsertim seculo, quò mœnia magis ad ostentationem, quàm ad defensionem comparata esse uideri possunt.

πολλὼ καὶ διχῇ.) Bifariam, id est, διπλῶ, uel διτ̃λῶ, gemina esse auxilia.

πόρῳ δὲ χρημάτων πόρε.) De pecuniæ autem commeatu. Sic etiam Cicero sæpe loquitur: id est, quod attinet ad parandæ pecuniæ rationẽ.

ἴσιν, ἴσιν.) ἐμφατικὴ repetitio.

ἀλλοτ' ἀλλῶν.) ὑποβολή. Non plus quàm Philippo, non plus quàm regi Persarũ. Sed respexit ad Græcos, quorũ opes fuerũt tenues.

ἅτως ὡς βέλεσθε.) ὑποσιώπησις. Noluit enim dicere, ἐν τοῖς δημοσίοις καὶ τοῖς ἰεροῖς.

ταῦτ' ἀποδώσετε.) τὰ δημόσια, ὥσπερ χρέος ἐφειλόμενον.

οὐδενὸς προσδεᾶ.) Id est, δεᾶ πρὸς τοῖς δημοσίοις· αὐτάρκη ὄντα τὰ προσοδευόμενα τῇ πόλει χρήματα.

τί οὖν.) Sic ordina uerba, ἔπειτ' εἰς αὖ, τί οὖν; σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι ἀντὶ στρατιωτικά; Sicut dicit Cicero, Quid? Quid ergo?

σὺ γράφεις.) γράφειν, scribere, decernere, decretum facere, ferre legem.

ἐπ' ἐγγυᾶς.) Scilicet γράφω, ἀλλ' ὀγδοήκοντα. Argutia sententiæ sita est in uerbis γράφειν, quod capitale erat: & ἐγγυᾶσθαι. quod etsi odiosum, periculi tamen expers. Nec enim cogitationis pœna cuiquam, ut iurisconsulti dicunt, patienda est.

καὶ ταῦτ' εἶναι.) Si igitur iam antè sunt militantium, quid opus est nouo decreto? Sed hoc negabat plebs Atheniensis. Potest etiam repeti uerbum δεᾶν, ut sit sententia, ὀγδοήκοντα δεᾶν ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά.

καὶ μίαν εἶναι.) Hæc sententia in tertia Olynthiaca repetitur, & clarius explicatur: τὸν αὐτὸν Τ λαβᾶν, τὸ στρατεύεσθαι, &c. τάξιν ποιῆσαι. Extat huius argumenti tota oratio περὶ συντάξεως, ubi de hoc uocabulo plura dicturi sumus.

πολλῶν.) Scilicet χρημάτων. Recenset Plutarchus Crobyli dictum, ὅτι ὁ πόλεμος τιταινόμενος οὐ σιτᾶται: bellum demenso non pasci. & Thucydides: ὅτι ὁ πόλεμος ὃν ἐπὶ σμικρὰ ῥητοῖς προχωρεῖ. id est, incertos esse bellorum euentus. uel, ut Liuius loquitur, euentus nusquam minus respondere quàm in bellis.

ἅτω πως αὖθις πραγμάτων.) αὖθις Τ ποιεῖν τὰ δέοντα μᾶλλον ποιοῦντες Τ δεόντων. ociosi, nihil administrantes & gerentes. Quis istuc nolet? sic certè ἐν τοῖς μακάρων νήσοις uiuitur.

ἀλλ' ἀπὸ χρημάτων.) Scilicet, ἀς τὸν πόλεμον. quanquam in pace etiam. Eget autem pecunia frugalissimus quisq; minimè, luxuriosissimus maximè. Ita enim fit, ut canit Ouidius:

Quærere ut absumant, absumpta requirere certant,
Sic ipsæ uitijs sunt alimenta uices.

Nemo tamen, ut nunc uiuitur, sine pecunia commodè potest uiuere.

Τ δεόντων.) Scilicet, τῷ πολίμῳ. Referendæ sunt enim pleræq; sententiæ ad id negocium, cui adhibentur.

ἄξιον.) Dignum, id est, operæpreciũ. ἐνθυμητέον, ἐνθυμᾶσθαι χρή. ἐνθυμηθῶσι.) Cogitationem suscipere.

τὰ πράγματα.) Sic ordinabis: ἐν ᾧ (scilicet τόπῳ) τὰ πράγματα τὰ φιλίππου, διεστηκε νυνί. quo in loco sint res Philippi, qui sit status eius.

οὐδὲ γάρ.) Verba sic ordinabis: τὰ πράγματα αὐτοῦ οὐκ ὀνήρως (scilicet ἔχει) (ὡς δοκᾶ, καὶ φύσει τις αὖ, μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς) οὐδ' (οὕτως, scilicet ἔχει) ὡς αὖ ἔχοι διάλλοτα. Res eius non decenter (ut uidetur, & dicere queat is qui non accuratè inspexerit) neque ita se habent, ut haberent, si essent præclarissimæ. Potuisset breuiùs dicere, τὰ πράγματα αὐτοῦ ὄντ' οὐκριπῶς, ὄντι διάλλοντ' ἔχει, ὡς δοκᾶ, &c. Status rerum eius non est pulcherrimus: ut Cicero dicit, In senatu pulcherrimè cum staremus.

ἀβλώτηκεν.) ab ἀφόρω.

τῦτον.) τὸν ὀλιγοδεᾶ.

πολιτᾶν αὐτόν.) scilicet Τ πόλιμον. notus Atticismus.

ὠθεῖ.) ab οἶμαι.

ὡς ἐπιών.) Tanquam uel statim aggressus. id est: Tum cum bellum susciperet, sperabat se primo impetu confecturum esse omnia: quæ spes eum fefellit. Hoc igitur quia præter spem euenit, &c. Possunt etiam (quanquam aliquanto coactius) uerba sic ordinari: ἀλλ' ἐλπίσας αὐτὰ φύσεσθαι πάντα τὰ πράγματα, ὡς τότε, ἐπιών. Sperabat omnia se negocia

negocia confecturum esse, ut tunc (scilicet, quum Amphipolim, Pydnam, Potidæã, &c. cepit) primo impetu: uel, quum primum inuasisset, sperauit fore ut Olynthij statim sese dederẽt. Quod Lucianus in laudatione Demosthenis sub Antipatri persona dicit, λώλυμά τι καὶ πρόβολον ὑμῖν ὁ ἄνθρωπός ἐστι, μὴ παύτ' ἔχειν ἡδὴ ἐπιδρομῆς: idem est.

λᾶτα.) καὶ ἔπειτα. δίψονται, ἀ διαψεύδομαι.

παρὰ γνώμλω.) præter expectationem, aliter quàm uoluit. Suprà, κατὰ γνώμλω, est huius contrarium.

τὰ τῶν θετταλῶν.) Vlpianus hic argutias quærit. sed ut dicimus, τὰ τῆ δικαιοσύνῃ, pro iustitia: sic etiam τὰ τῶν θετταλῶν, dici puto pro Thessalis.

ταῦτα γὰρ.) id est, ἔτοι οἱ θετταλοί.

ἀσὶν ἠψηφισμένοι.) id est, ἠψήφισαντο.

τεχίζειν.) ὀχυροῦσθαι, φρουρεῖν τοὺς πολεμίους.

τὸς λιμένας.) τὰς προσόδους τ λιμένων.

τὰς ἀγορὰς.) τὰ τέλη τ ἐμπορίων.

λίοι.) Latinis hic utendum esset infinito λᾶν.

διαπᾶν.) administrare, sustentare.

τὰ κοινά.) τὸ κοινὸν, Respublica. quanquã & Cicero commune hoc modo dixit, ut & τὸ ἰωμικὸν καὶ τὸ τραγικὸν, Comicum & Tragicum, durè satis.

ἐς τοῦτο κομιδῆ παλαιότητος αὐτῶ.) In admodum arctum redigentur. Sicut Comicus: Nunc meæ in arctum coguntur copiæ.

τὰ ἀλφοῦς τῶν ξένων.) id est, ἡ φορὰ τ ξένων.

τότε ἅπαντας.) scilicet τὸς ὑπὸ φίλιππον ὄντας καὶ ἀιδουλωμένους.

αὐτονόμους.) Sic ordina: ἥδιον αὖ ἄνευ αὐτονόμους ἢ ἀνδραποδώδεις. Neq; enim puto multum inter αὐτονομίαν καὶ ἀνδραποδίαν interesse. Pæonib. imperabat Philippus. Non igitur ij suis, sed regis legibus uiuebant. Erant enim eius mandata leges. sicut uerè dicit Isocrates: ἰσχυρότατον ἅπαντα νόμον τὸν βούλητ βασιλῆως. Iam si ab alienis mandatis pendebãt, non erant liberi (habebant enim dominum) si non liberi, ergo seruit quod uerbũ statim sequitur. Sic ὁ μὴ αὐτόνομος ὢν, ὅτι ἔστιν ἀνδραποδώδης, ὁ μὴ ἀνδράποδος ἄλλος. quod de ijs duntaxat intelligẽdum est, qui nõ legi, sed regi siue tyranno parẽt. Alioqui ueniemus in Euripideam disputationem, & Stoicè concludemus, neminem prorsus esse liberum, cui ullus uel homo uel affectus dominetur. Quod equidem parum abest quin uerum esse cõfitear.

ἀγύιεις.) ut homines bellicosi, & hostes uincere soliti. Magis autem dolent insueta mala: &, ut Virgilius ait, Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Sed ij qui uirtute carent, rectissimè faciunt, si æquis animis ferant seruitutẽ. Sic quoniã leue fit, quod bene fertur onus.

κατανέμειν.) ἀμφατικῶς. quasi dicat, πάνθ' ὑπηρετεῖν καὶ τὰ δίκαια, καὶ τὰ ἀνάντια: Morem ei gerere in rebus omnibus, siue iustis, siue iniustis. Id quod Creon apud Sophoclem τυραννικῶς à ciuib. postulat.

ἄνθρωπος.) id est, ὁ φίλιππος ὄντιν' ὑβριστής. sic malo, quàm ὁ φίλιππός ἐστιν ἄνθρωπος ὑβριστής. articulus ὁ & uerbum ὄντιν omissa, turbant rudiores.

ὑβριστής.) ὑποκύφαν, ἄδ ν τύραννος. cuius cantilena est: Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas.

ὧς φασιν.) Cautus est Demosthenes, ac uanitatis opinionem cauet, in uituperando Philippo: cui laus humanitatis, siue ueræ, siue pro re nata simulatæ, tribuebatur.

ἀδίκ.) pro ἄκ. sed illud maiorem habet ἐμφασιν.

τὸ δὺ πράττειν.) ἡ δύπραξία, ἡ δυτυχία.

παρὰ τὴν ἀξίαν.) ἄξιος, α, ον: dignus, a, um. ἡ ἀξία substantiuè, dignitas, precium, meritum. κατ' ἀξίαν, id est, ἀξίως, pro dignitate, ὑπὲρ τὴν ἀξίαν supra dignitatem. παρ' ἀξίαν, contra dignitatem. Significat igitur, Philippum ob improbitatem indignum esse tantis successibus. In β δὲ λοιπὸν εἰ παρὰ τὴν ἀξίαν αὐτῶν ἀνδραδικμένοι διάκεινται. Quos, cum hic perfidos uocet, ibi tamẽ Philippo anteponit. Atq; hæc uulgaris expositio uocabuli est: sed mihi nescio quomodo interdum non tam dignitatem, quàm aliquid, quod modum & consuetudinem excedit, significare uidetur. ut, τὸ δὺ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, sit immodica & inusitata felicitas, παράλογος δυτυχία, quam ipse etiam Philippus apud Lucianum sibi tribuit, his uerbis: τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆ τύχης τῇ πολλὰ πολλάκις ὑμῖν σωσιπεραμένῃ νικητήριαμαι. Pausanias item in Messeniacis, διὰ ἣν τὴν λυφότητα τὰ χαλκῶς ἀπεφθεγμένων τῶν μεσσηνίων, ἀπορία τοῖς λακεδαιμονίοις, καὶ ἀπ' αὐτῆ ἄλλη καὶ ὀργὴ γίνεται, ὥιφθήκασι δ' ὡς οἱ ἄνθρωποι μάλιστ' ἔχειν ἀκρατῶς πρὸς τὰ παρ' ἀξίαν. hoc est (ut ego quidem interpretor: qui uolet, transferat aliter) Cum autem Messenij, ut homines expediti, haud difficulter refugerent: æstuare Lacedæmonij, atque ex eo iam etiam irasci cœperunt. Natura enim ita fert, ut ea maximè commoueant homines, quæ ab usitata ratione recedunt. Indignum scilicet facinus iudicabãt Lacones, se à fugitiuis Messenijs ita uexari, ut Antonius à Parthis: quos in stataria pugna facilè cõfecissẽt.

ἀφορμή.) Occasio, initium, ansa. μεταφορικῶς. interdum ὑλὴ,

A id est, sors mensæ argentariorum.

τῶ κακῶς φρονεῖν.) desipiendi. τὸ εὖ φρονεῖν, sapere. Nam φρονεῖν uerbum est mediæ significationis, declarans quamcunq; mentis & uoluntatis affectionem. unde μέγα φρονεῖν, superbire, fretum esse aliqua re.

τοῖς εὐήθεσιν.) incogitantibus, minus attentis. Nam οἱ μωροὶ perpetuò κακῶς φρονοῦσι. Potest autem interdum etiam uir prudẽs uel ex incogitantia, uel perturbatione animi aliqua præpeditus, κακῶς φρονεῖν, præsertim in rebus secundis. Vnde poeta: Difficile est, inquit, æqua cõmoda mente pati. Declaratur autem hæc sententia in Areopagitici Isocratis exordio: & Cicero primo de officijs sapienter præcipit, prospera fortuna quo pacto sit ferenda. Eusebius ἐν τῷ συλλόγῳ· ὁ ἄφρων πλοῦτος ἐμπόδιον πρὸς τὸ καλῶς φρονεῖν ὑπάρχει. & Aeschylus, ὃ βαρὺ φέρημ' ἄνθρωπ& συντυχῶν ἄτρακτον.

διόπερ πολλάκις.) His uerbis innuit, Philippum socios amissurum esse. τὸ φυλάξαι τῶ κλῆσαι, pro, τὸ φυλάττειν τῶ κλᾶσθαι. ἀδρίστου loco ἐνεστώτων. In oratione πρὸς συμμαχίαν· τὴν ἀγῶνα τὸν ἐπὶ τ πολέμου ῥᾴδιον αὖ συμβαίνειν, pro συμβησόμενον ponit, ut infrà μεμνῆσθαι pro μνησθῆναι.

πλὴν ἐκείνης.) τ φιλίππου. Quæ autem est illa ἀπιστία? Bellum Olynthiorum, Thessalorum perfidia, Barbari studentes nouis rebus, quorũ fidem lubricam etiam Alexander initiò regni est est expertus. Vide Arrianum libro 1.

σωθῆναι.) ἀ σωθήσομαι, adiuto. Præpositio σὼ ferè perpetuò etiam in compositione datiuum postulat, cui sæpe accedit accusatiuus: ut, συμβαλεῖν σοι τὰ λέοντα. Potest igitur hic etiam datiuus τῶ καιρῶ, uel, B τῇ τύχῃ (ut Vlpianus monet) uel, τοῖς ὀλωθίοις subintelligi.

περισβυομένης.) τῶ περισβύσθαι.

ἐφ' ἅ.) scilicet χωρία, pro, ἐφ' ἃς τ ἀλλότριον λᾶν.

καὶ παροξύνοντας.) τῶ παροξύνειν.

λογιζομένης.) καὶ λογίζεσθαι.

τῇ χώρᾳ.) τῇ ἀτιμίᾳ, τῇ ὑμετέρᾳ. Si uester ager bello infestaretur. Est declaratio eius quod præcessit. Quæ optatior Philippo dari contra Athenienses posset occasio? Si, ut ille nunc in Macedoniæ uicina Thracia Olynthiaco bello uexabitur: sic in Atticæ finibus hostilis esset exercitus.

λογιζομένους πῶς αὖ οἴσεσθαι.) Hæc malè cohærent. Dicendum enim fuisset, λογιζομένους πῶς αὖ ἑτοίμως ἐφ' ὑμᾶς ἔλθοι. sed Demosthenes αὐτὸν οἴσεσθαι ex affectu interposuit. Affectus autem leges grammaticæ nõ minus negligunt, quàm reipub.

ἔπειτα.) postea, deinde, demum. sæpè &, ut Virgil. Et dubitamus adhuc factis acquirere famam? ἔπειτ' ἀνεμῦμεν ἔτι ἀλλὰ καλῶν ἔργων λέξει κτήσασθαι;

ἃ πάθοιτε τοῦτα.) Vsitatè apud Græcos, nec apud Ciceronem raro, prius relatiuum antecedente ponitur, ut in Epistola ad Curionem: Expectationem tui una re facilimè uinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs esse elaborandum. Naturalis enim ordo talis esset: In ijs artibus esse elaborandum, quibus eæ laudes parãtur, quarum gloriam adamaris.

τολμήσειε.) Quia præcessit αἰσχύνεσθαι, utrumq; indicatiui modi. Sed quia πάθοιτε suprà scriptum est: posuit & hic τολμήσαιτε καὶ αἰσχύνεσθε legi.

C ἢν τὰ τῶν ὀλωθίων αὐτίχ.) ἢν εἰ ὀλωθροὶ μὴ ὑπηρξῶσι, μὴ ἐπεκπεμψῶσι.

πλὴν ἐκείνης τῆς ὑπαρχούσης.) Id est, πατρῴας χώρας τῆς μακεδονίας. λὼ νῦν ἔχει· quasi dicat: Adeò non licebit Philippo Atticam inuadere, ut de Macedonia ipsa, regno patrio, sit uenturus in periculum. ὑπάρχουσα χώρα Philippi, est Macedonia, cæteræq; quas subegerat: μέλλουσα, Olynthus & Athenæ, si rem bene gessissent.

καὶ τῆς εἰκαίας καρπώσεως.) Etiam fruentes. alioqui si καὶ, & exponas, constructio postulabit non καρπώσεως, sed καρπώσασθαι. Quare si qui τῆς ὑπαρχούσης καὶ τῆς εἰκαίας ταύτης coniungunt, & ad Atheniensis referunt, nihil delinquunt. quanquam prior illa expositio mihi magis placeret, si coniunctio καὶ abesset, ac tota periodus sic distingueretur. καὶ τῆς ἐκείνης κακῶς ποιήσειε, τῆς ὑπαρχούσης· καὶ τῆς εἰκαίας ταύτης, &c. Sed hoc si displicet, sic distingue: κακῶς ποιήσειε· τῆς ὑπαρχούσης καὶ τῆς εἰκαίας ταύτης, &c.

αὖ δ' ἐκεῖνα.) Scilicet τὰ ἐπὶ θράκης, τῆς ὄλυνθον.

ἁδρῶς.) Suprà dixit, ὅπου βέλτιον, sic audacius & apertius in progressu loquitur.

βαδίσειν.) Lene uerbum est. sequitur declaratio satis grauis, καὶ συνεισβαλεῖν. Est enim ἐισβάλλειν, hostiliter inuadere, impressionem facere.

μὴ ᾖ.) Ne sit, ne uideatur. petit ueniam libertati orationis. Qui μὴ ᾖ exponunt, ἐὰν μὴ ᾖ πρεσβευτὴς ἐπεῖν, λέγοιμ' ἂν ὅτι καὶ συνεισβαλῶν: de suo ba Demosthenem largiuntur.

ἀλλὰ φωκῆς.) Scilicet κωλύσουσιν αὐτὸν ἁδρῶς βαδίζειν. In Phocide

fuerunt uiginti duæ urbes, & inter cæteras etiam Delphi. Est autem Phocis Bœotiæ finitima.

εἶ πλέω.) Breuitate utitur. Sententia clara est, sed uerba sic absolui possunt: πῶς ἂν πλέω ἀπλήκλω φυλάξωσι; Atticam quo pacto tuebuntur? πλέω οἰκείαν.) Scilicet χώραν, πλέω φωκίδα.

εἶεί τι ὄντ' ἄν.) Id est, δωνάμενοι, οἵ &, qualis, cũ particula τὶ & ἐὰν μὲν significat δύναμαι: & declinatur per omnes casus, numeros, & genera, more aliorum adiectiuorum. in secunda Olynthiaca, αὐδὲν ἐδεῖ ἐμὲ μᾶς εἶναι ψιλάνθρωπα, participiũ ὄντ& est omissum: & ipsum εἶναι, non tam pro δυναμένους quã βουλομένους uel ἀξιοῦντας uidetur poni. Quis enim est, qui mẽtiri nõ possit? quũ paucissimi sint, qui, cõmodi præsertim sui causa, mentiri non & uelint & soleant. Nam scitè mentiri, quod eius esse dicit Plato, qui rectissimè uera possit dicere, aliud est.

βουλύσασθε.) Scilicet αὐτοῖς.

ἀλλ' ὦ ταύ.) ὦ ἑταῖ, ὁ bone, ὁ socie, heus tu. Vocatiuus irregularis ab ἕτης, socius, ciuis, amicus, æqualis, necessarius. ἀλλ' ὦ ταῖ: at uerò, at hercule.

τῶν ἀτοπωτάτων.) Id est, ἀτοπώτατον

μέντ'.) μέντοι.

αὐτὸν ἐφλισκάνων.) Incogitantiam debens: id est, cũ incogitantiæ reprehensione, ob quam iactantiam parum prudens habetur: parum considerate. Pertinet hoc etiam ad consolationem Atheniensium, & eorum potentiæ celebrationem. sic ἐφλισκάνειν γίλωτα, μέμψιν, esse deridendum, esse reprehendendum. ἐφλισκάνειν δίκλω, οἱ ἐφλέντες & ὠφλικότες, quid sit in Forensibus commodius dicetur.

δικωνδάς.) ἰκὸν δικυνδῇ.

ἀλλ' ἀλλ' λόγ' περοσλῶν.) sicut alibi, ἐδ' πολλᾶ ἀλλ, scilicet λόγ'. quanquam alij aliter exponunt, pro πολλοῦ καὶ ἀλλ. de quo alibi commodius disputabimus.

ἀλλ' ἀσεσγ.) ἀ ἀλλ.

ἔξω.) scilicet ἀλ πέλιος, ἐχὶ ἀ' ἐμ μακιδονίᾳ.

καὶ ὅσα.) Verba sic ordina: καὶ λαμβάνειν τ' ἐκ ἀλ χώρας ὅσα αὐτὰ γκα (scilicet ὄφ' λαμβάνειν) χρωμένους στρατοπέδῳ id est, τότε οἱ χρῶνται' ἵνα λαμβάνωσιν οἱ χρώμενοι. Nulla mihi esse causa uidetur, cur χρωμένοις dativum per οι scribas, pro χρωμένους accusatiuo per ν.

τῶν ἐκ ἀλ χώρας.) Articulus elegãtiæ causa accedit, & genitiuus partem significat: Hostes non τ'. sed τὰ ἐκ ἀλ χώρας rapiunt.

ξημιοῦσθαι.) ζημιοῦσθαι.

τὸς γεωργοῦντας ὑμῶν.) τότε ὑμῖν οἳ γεωργῶσι: Eos è uobis qui agros colunt, qui prædia foris habent, agricolas uestræ urbis, agricolas uestros. Etsi enim ὑμῶν hic non possessionem, sed partitionem significat: non tamen uideo cur sic interpretari non liceat, quum Latini scriptores in ijs sententijs, quas à Græcis mutuantur, propter uitandas uerborum ambages, aliàs minus propriè, aliàs obscurius loqui soleant. Quanquam ea ratio etiam ad dissimulanda eorum furta non parum facit: idum ipsi autores uideri, non accepta referre Græcis uolunt, quæ conscribunt.

ὑμῶν.) Legitur & ἡμῶν per υ, quæ permutatio frequentissima cũ sit, ex sententia facilè plerunque dijudicari potest.

πρὸ τ'.) πρὸ τότε, Amphipolitanum. in quod, autore Vlpiano, 1200. talenta sunt impensa.

δαπανᾶται.) Impensum est: impersonale, à δαπανάομαι. uel δαπανήκατε. C

ζημιοῦσθαι.) Scilicet τὸς γεωργοῦντας ὑμῶν. Aut absolutè, quantũ damni datum iri. à ζημιόω.

ὅσον.) αὐτὶ τ' πόσα, sicut dicunt, μεγάλα, μικρὰ, πολλὰ, ὀλίγα. ὠφελᾶσθαι βλάπτεσθαι, aduerbialiter.

καὶ προσέσεσθαι.) Aldus προέσεσθ', sine καὶ legit. ac omitti καὶ, mihi nõ displicet: malim tamen προσέσεσθαι futurum, quàm προέσεσι præsens.

ὑβρεῖς.) Scilicet ὑ τ' πολιμίων, proteruitas & petulantia illa militaris: quod genus hominum ingluuiem suam explesse non contentũ (ut de stupris & cædibus taceamus) uinum effundit, frumentum in uiam abijcit, instrumentum & supellectilem dissipat, segetes conculcat, arbores frugiferas succidit, uillas incendit: omnibus denique modis declarat se pestem et perniciem esse humani generis, rerumq; à Deo nostris usibus conditarum: summaq; contentione id agit, ut ferocissimarũ belluarum superet immanitatem. ὕβρις hic non significare contumeliam, aut dedecus, quod suscepturi sint Athenienses, uel ex Vlpiani περολιγομένοις intelligitur, cuius (ut nos quidem restituimus) hæc uerba sunt: τίνα ἂν ὀργάσονται οἱ πολῖται, καὶ αὐχηκάως, καὶ ὑβρίζοντες, πλέω χώραν. Idem in oratione περὶ παραπρεσβείας, ubi de Phocensium agitur excidio, ἔχει ἄν, inquit, καὶ δι' ὕβριν τ' πολιμίων ἁμφασιν, ὑ γὰρ κατὰ σκαφὴ περιεργότερον ἀλλ& δι' συμφορᾶς.

καὶ ἔτι.) Atque insuper rerum pudoris est, rei malè gestæ atque ignauiæ & socordiæ dedecus. Hoc iam ad Athenienses pertinet, ὕβρις ἐστ' πειόντων, ἐχ' ἢ τ' πασχόντων.

A τοῖς γε σώφρος.) σώφρων sæpè non tam est modestus & temperãs, quàm cordatus, ὁ σῶν ἔχων πλέω φρένα. Homines bruti gloria non ducuntur, dedecore non mouentur.

σωιδόντας.) ἴδλω, οἶδα, noui. ἄδον, uidi. ἰδὼν, σωιδών, qui in conspectu habet omnia. cuius notionis est & σώφρων nomen, à σωόφρος μαι, uel σωφρῶ.

ἀπωδᾶν.) ἀπωδέω, uel ἀπώδω, amolior.

ἐκεῖσι.) ἐκ μακιδονίαν.

ὑπὲρ τῶν πολλῶν.) Scilicet χρημάτων, ὑπαρχόντων, ὄντων. Volunt etiam πλέσιον παρὰ πλέω πολλῷ δεῖαν dici, ut locupletem à plenis loculis.

Audaces.) Confidentes. Talium probrorum.) Qualium refertus est Androtion. Et illos.) Impudicos. Non licet maledicere magistratibus.) Non simpliciter de magistratibus loquitur: sed de ijs penes quos summa rerum est: quiq; multum possunt, ut nunc Androtion in senatu. Atq; illos aut euersuros.) Hic duæ propositiones sunt: una admirabilis, daturos eos esse operam, ut euertant rempublicã: altera probabilis, ut omnes sui similimos efficiant. Orator igitur protinus confirmare priorem necesse habuit, priusquã ponceret alteram. In uniuersum enim absurdis & admirabilibus sententijs statim adiungendæ sunt approbationes, ut priore demonstrata auditori afferamus opinionem, etiam alterã esse probabilem. Quibus neglectis.) Cum lex eum suadere & concionari uetet. De lege autem.) Lex delationis. Quibus de rebus præstat uos audisse aliquid.) Confirmatione quatuor legibus absoluta, iam transit ad perorationem. Sin hoc amplius decem millia.) Quia multitudine senatus Androtion placare iudices conabatur: ei multitudini & ipse multitudinem aliam opponit: quingentis decies mille. Si ipso tacente.) Non habente conciones. Vt maximè causa totum senatum attingat.) Non probro est, inquit, senatui: sed soli Androtioni. Vt autem demus, non soli Androtioni, sed toti senatui unum senatum præstat offendere, quàm toti nocere ciuitati. Siquidem absolueritis: in potestate oratorum.) Nisi eos condemnaueritis ut sontes: sed absolueritis ut innocentes. Veteratores & factiosos.) Veteratores uocabant negocijs incumbentes & fraudem struentes, & mercenarias operas factitantes. Fortasis ascendet ac patrocinabitur.) Rectè dixit: fortasse, & non, utiq;: ut quasi testimonio quodam probitatis ornatos eos à defensione deterreat. Siquidem improbaueritis actionem hanc.) Eodem uerbo aliter atq; aliter utitur: in eo construendo Atticam consuetudinem sequens: cuius significatio est ad rem propositam accommodanda. Hoc enim uult, si secundum reos iudicium decideritis. Vt uirum bonum intercessurum, & patrocinaturum.) Philosophatur (ut testantur omnes enarratores) & ipse orator, subijciendo, ut uirum bonum precaturum esse. Philosophicum enim est profiteri bonitatem. Quoniam ergo, ut in philosophia uersatus, ratiocinatione usurus erat: uoluit eum orator separare à cæteris: ut eo segregato ijs quæ decent, contra eum utatur rationibus: atq; ostendat, se in eo quoq; illo esse superiorem, de quo multum ille sibi tribuit. Vtitur itaq; statim, argumentando contra eum, figura complexionis, nec eius simplicis, sed eius quæ fit diuisione. Sciendum autem est, oratorem philosophicarum disputationum rudem non fuisse, ut qui Platonem audierit. Non prætermissurum.) De Androtione loquitur. A paucis exegisse.) A diuitibus, ad discrimen pauperum. Qui non numerant.) Qui nõ soluunt pecuniam. Sciendum est, Athenienses tributi nomine uicesimam partem pependisse. Tributa à Nausinico.) Quæ Nausinico prætore sunt exacta. Circiter talenta.) Propemodum. Sed & acta eius in republica.) Digressio. Hic enim à causa digreditur, commemorando ea quæ antehac fecerit Androtion. Est autem digressio ipsa pars perorationum. Sorte datum magistratum.) Dicimus, si quis uerè consideret, magistratum sorte datum potiorem esse delecto: eo quòd sors etiam probationem habet: cum sola probatione constet electio. Nam si cui sorte magistratus obueniebat, eum & probari necesse erat, dignum'ne magistratu esset: Delectus uerò & designatio non requirebat sortitionem. Cum euertisset.) Non ait, cum coarguisset, sed cum euertisset, tanquam de tyranno. In exactionem se insinuauit.) Vtitur hoc uerbo tanquam de maleficio & furto.

Alijs uerbis explicatur ab Vlpiano.

Alijs uerbis hæc ab Vlp.

* ϖρονοησαι σίοιο

ὃ τὰ πομπεῖα.) ἐκ τ῀ πομπεύειν δυνατὸν. ἰατέχνως.) αὐτὶ τοῦ ἰσχύων. διὰ τ῀ καιρὸν ὃν ἐν τότε.) αὐτὶ τ῀ διὰ τὸν πόλεμον. προάγωνας ἀεὶ.) προπαροξύτονον προάγωνδε ἢ λίγουσι, οἱ πρὸ τ῀ ἀγῶνος λόγοι οἱ ἐν τῷ δήμῳ λογοποιούμενοι παρά τινος. ἀγὼν γὰρ ἡ κρίσις, οἷον, ὡς ὅταν τὶς προορᾶτ῀ τινὰ αὐτῷ δίκην μέλλουσαν γίνεσθαι πρόκριτος καὶ λίγοι, * ἀπροσποιήτως τινές μοι φθονοῦσιν ἐν τῇ πόλει διὰ τόδε τὸ πρᾶγμα, ἵνα πρόφασιν ἢ ἐπὰν ἀσυλλογίστως τί ποιῶ, ἐκ προλίγου, ὅτι τινές μοι φθονοῦσι καὶ βούλονταί μου ἐπιβουλεῦσαι; ἔτι γὰρ.) σχῆμα διλημματικόν. ὅτι γὰρ ῥᾷον πολλοὶ καὶ κατὰ μικρὰ ἀδικοῦσιν) πρεπώδης ὅτι τῇ δημοκρατίᾳ, τὸ μᾶλλον περιεργάζεσθαι τὰ ἀδικήματα τ῀ ὀλίγων ἢ πρὸς τ῀ πολλῶν.

In antiquo codice litura fuit: sic tamẽ lego.

καταφάλω αὐ᾽ ἐγωγε.) μία λέξις αὐτὶ τ῀, ναὶ, ὁμολογῶ καὶ συντίθημι, ὅτι μάτην ὠκοδομήθη τὸ δεσμωτήριον. ἀλλαχῆ κατὰ διάφορον σύρίσκομεν, αὐαγινωσκόμενον ἔτο καὶ διαλυόμενον εἰς δύο λέξεις, ὅταν * κακὰ πράγματα δίκης σκαῦα τὸ * λῶλον, ἐντεῦθα ἢ ἐν ὅτῃ. αὐτᾶις πάλαι ὑπερχρεάμενον διεφυσίων.) ἐθὼ ὦ παρὰ τοῖς ἀθλωθέτοις ἐν τοῖς διονυσίοις καὶ ἐν τοῖς παναθλωθέτοις τὸν δεσμώτας ἀφιέναι τ῀ δεσμῦ ἐν ἱπάναις τᾶις ἡμέραις παρασχόντας ἐγγυητὰς πρὸς τὸ μὴ φυγᾶν, ἵνα καὶ τὸ σύνεβιε γένητ῀ πρὸ τὸ δᾶον καὶ τὸ ἀσφαλὶς ὑπάρχῃ τοῖς χριωτεμένοις, μὴ φυγόντων τ῀ δεσμῶτ᾽ · ἀλλὰ μετὰ τὰς ἡμέρας τ῀ ἑορτ῀ πάλιν ἐμβαλλομένων εἰς τὸ δεσμωτήριον, λίγ῀ δ᾽ ὅτι ἐν ἱπάναις τᾶις ἡμέραις ὁ πατὴρ τ῀ αὐλητοῦ ὡς ἄδειαν ἴσχων ἐκ τ῀ δεσμῦ ἀπέδρα. τόδε ὑπερχρεάμενος ὡς πρὸς τὴν παυήγυριν ἱπαξ. ἐπειδήπερ ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐθὼ ὄχλῳ ἐρχᾶσθαι, αὐτὶ τ῀ ἐνίπαξι τ῀ παυηγύρει, καὶ χλεύῃς ἀφορμὴν ταύτην ποιήσατο, ἵνα καὶ ἀσυβῇ αὖτ᾽ λάξῃ. ἄλλα δ᾽ ἐθ᾽ ἃ ἰαλῶς διώκουσιν.) αὐτὶ τ῀, ἰαὐ συγκεῖσθαι τὰ μέλλοντα λίγεσθαι ἢ τὰ ἐρημένα, ἐδαμῶς μέλλειν νομίζεσθαι ἄξιον εἶναι μίσους ἐν τοῖς προειρημένοις, τοσούτῳ φησὶ μᾶλλόν ἐστιν ἄπορ μέλλων ἐπιφέρειν περὶ αὖτ᾽ τ῀ προειρημένων. ποίοισιν τὴν ἰαλῶ.) ἰατ᾽ ἀρονάων. χοινικίσι ἰάτωθεν γεγραμμένα.) χοινικίδας ἰαλᾶ τὰς βάσεις αὐτὰς ἵνθα ἦσαν * ἰώμενοι οἱ στέφανοι. χοινικίδδ᾽ ἢ ἐκαλοῦντο. ἐπειδὴ σχῆμα ἴσωλον χοινίκων τ῀ μέρων τ῀ σίτου, ὁ μὴ οἴκοι δι᾽ ἐκάνον.) τ῀ * φιλοπράτου λίγει. σκαιὸς.) μωρὸς καὶ ἀπαίδευτος, διαβαλὼν αὖτ᾽ ἐς ἰαπίαν ἐν τοῖς προειρημένοις · βούλοιτ᾽ ἂν ἐν τῷ ἐπιλόγῳ καὶ ἐς ἀπαιδευσίαν καὶ αὔοιαν ἐκκαλεῖσθαι.

* ἰατὰ

* σιμοπράτου

A Sacra uasa) Quæ in pompa circumferebantur, thuribula, Obtinens.) Cum potens esset. Ob tẽpora illa.) Propter bellum. Præludita subinde.) προάγωνας acuta antepenultima. Sic autem dicuntur uerba quæ fiunt ante causæ dictionem: ut, si quis præuidet, se in ius uocatum iri, circumeat ac dicat dissimulanter: Quidam in ciuitate hanc ob rem mihi inuident: ut in iudicium adductus dicere queat: Nónne dixi, quosdam inuidere mihi, & struere insidias? Siue enim.) Figura dilemmatica. Neq; enim facilius est, multorũ & parum delinquentium.) Reipublicæ populari cõueniens est, accuratius inquirere in delicta paucorum, quàm multorum. Affirmarim equidem.) Assentior. probo, frustra ædificatum esse carcerem. καταφάλω hic unum uerbum est: aliàs in duo resolutum, καὶ ἀφάλω malas res significat. Cum ipsis compedibus exultasset Bacchanalibus.) Mos erat apud Athenienses Bacchanalibus & Panathenæis, uinctos solui, datis per illos dies uadibus, ne aufugerent: ut & honos religioni deorum immortalium haberetur: & creditoribus cautum esset, uinctis non fugientibus, sed posti festiuitatis dies rursus in carcerem conijciendis. Ait igitur patrem Andronis illis diebus, quasi impunitate data, è uinculis aufugisse. Vtitur autem exultandi uerbo, ut significet eum, qui festiuitatem, in qua saltari solet, deriserit, etiam impium fuisse. At alia sunt, quæ benè gesserit.) Hoc est, si ea quæ dicentur & dicta sunt, conferantur: nequaquam ob ea quæ antè dicta sunt, odio dignus esse putabitur. Tantò, inquit, maiora sunt, quæ subijciam de eo, ijs quæ suprà dicta sunt. Factionẽ præclaram.) Ironicè. Scripta sub modiolis.) Sic uocat bases, quibus incumbebant coronæ, à similitudine uasorum, quibus frumentum metiuntur. Hic quidem se putat propter illum.) De Timocrate loquitur. Siniſter.) Stultus & indoctus. Cum eius in superioribus improbitatem perstrinxerit: nunc in peroratione etiam inscitiam eius & amentiam exagitare uult.

B

Scholia in περὶ Στεφάνου extant in Luteciano codice.
In παραπρεσβείαν & τιμοκράτην partim ex Vlpiano decerpta esse, partim in Scholijs Lutecianis extare uidentur. Quare noluí certum laborem capere, incerto fructu.

VARIAE LECTIONES IN VITA DEMOSTHENIS A PLVTARCHO DESCRIPTA. IN QVIBVS, VBI F. id est, fortasse additur, Vuolfianæ coniecturæ sunt: cæteræ, Lutecianæ editioni acceptæ referantur.

Ἐπὶ τ῀ νίκη ὀλυμπιάσιν.) Rectius Bebelius (ut cuiuis græcæ linguæ perito constare potest) ἐπὶ τ῀ νίκη τ῀ ὀλυμπιάσιν ἱπποδρομίας: & ita uitatur τὸ ἀκατόφωνον τ῀ παραλλήλου διοιῶς τῶν φωνήεντων. Minutæ particulæ, ut sunt articuli, & coniunctiones μὲν, δὲ, καὶ, τὲ, ac similes, temerè sæpè & inculcantur & omittuntur à librarijs: neq; rarò in earum collocatione ac usu, etiam docti uiri, sed non satis exercitati, sic hallucinantur, ut quasi flaccescat eorum oratio. Exemplis supersedeo, ne pugnas mihi concitem. Sed iudicent eruditi, & ueteris græcæ eloquentiæ acres animaduersores potius, quàm grammaticorũ canonum pedissequi.

ὡς λήμῳ ἀφαιρεῖν.) πρὸς ἀλᾶν. καὶ διαρκὴς.) διάρκης, ut sit παρόξυτονον ὁ καὶ ἡ διαρκὴς, καὶ τὸ διάρκης, ut αὐτάρκης καὶ αὔταρκες.

καὶ οἰκέων διεσπαρμένων.) τὸ οἰκέων hic locum non habet, oscitantia librarij repetitum: καὶ ἀκῦ διεσπαρμένων, placet: quod aduerbiũ codices impressi non habent. Conuersioni meæ adde: temerè dissipatis: si placet, etsi non est opus. ὑψάμενα.) Ferri posset, si sequeretur ῥωμαϊκῶν γραμμάτων. Lego, ἠρξάμενα ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν ἐντυγχάνειν. Mendum ortum est ἐκ παρακοῆς τ῀ ὑπογραμματεύσαντος.

ὡς ἐκ τ῀ πραγμάτων.) Magis placet annotatio marginis: ὡς ἐκ τῆ τ῀ πραγμάτων ὃς ἀμωσγέπως ἔχομεν, ἀμπειρίας. Coniunges autẽ σωίβαινον ὑμῖν ἀπολυθᾶν, rectius, ut opinor, quàm ὡς ἔχομεν ἀμπειρίας ἀπολυθᾶν. Neq; uerò me uel piget uel pudet, si quid, eundem lapidem toties uersanti, melius in mentem uenit, παλινῳδᾶν: Aristotelem autorẽ sequentem: cuius uerba ἐκ τ῀ ἀ τ῀ ἠθικῶν usum est ascribere: Δέξειεν αὖ ἴσως βέλτιον εἶναι, κῆ λέγ῀, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆ ἀληθείας, κῆ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν· ἄλλως τε φιλοσόφους ὄντας. ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. ἀκμὴ γάρ.) Lege ἀκμὴ γάρ, ὡς φησιν ὁ ἴωνος διλῆν ἐν χορῷ βίᾳ: & uerte. Delphinis in solo flaccescit impetus, ut ait Ion.

τ῀ αὐτὸν ἐστιν.) Placet marginis annotatio: πρὸς τ῀ αὐτὸν τύπον ὁ αὐτὸς ἴσως πλάτ῀ων ἀπ᾽ ἀρχῆς λέγων (articulus ὁ propter ὁ αὐτὸς, est omittendus) cum sit dilucidius explicata metaphora, siue à figulis, siue ab ijs, qui cereas fingunt imagines, sumpta.

γεγένη.) ἐγεγένη, γεγόνει. postremum probo. μυρίακις γὰρ αἱ οι, α, ε, ῃ, ὁ λίφθεγγοί τε καὶ φωνήσαντα ἐναλλάττοντ῀· ὅπερ καὶ περὶ παύτα ἔχειλὸν τὰ γράμματα συμβάινει, ἅπερ ὑμεῖς, διάφορα τὴν διάκαμιν ὄντα βαρβαρίζοντες διὰ τ῀ αὐτὸ φθόγγε ὁρίφωνεῖν, μᾶλλον ἢ διαφθείρειν.

ἔτι βλασφημῶν καὶ καταψευδόμενος.) τ῀, καὶ, σώδισμον, rectè addidit Bebelius, Ad rem ipsam quod attinet, β καὶ ἀφέβε Demosthenes ipse non negat Gylonem auum fuisse ærarium, his uerbis: ὡς ὀφείλων ἐπιδύτης ὁ πάππος· ἐδημίαν παρίσχετο μαρτυρίαν· ἀλλ᾽ ὡς ὤφλεν.

C

διάτιχος.) διάτιχος rectè Bebelius & Felicianus. ἄργας) ἀργὰς: utrũ uerius sit; nescio. Sed παρὰ τ῀ τρόπον plus arridet, quàm πρὸς. Sic & ἢ παρὰ τ῀ λόγον. ἐθαύμασι κῆ διατινάσι.) ἐθαύμασεν rectius, cum & ἐβόλωσι præcedat. σωισχολακίναι κῆ ὠφιλᾶσθαι.) Lego cõtra consensum codicum ὠφιλῆσθαι, παρακειμένως: ut sint similia tẽpora.

ἢ ὑφ᾽ αὐτ῀ πάλιν.) Hoc malo quàm ὑπ᾽ αὐτ῀. πρεῖσθαι.) F πρεσσίσθαι. Sed πρεσσίσθαι magis placet, quia sequitur ποιεῖσθαι. πρεῖσθαι repugnat sensui. ἰσπὶς αὐτ῀.) Rectius quàm πάρεστι: nisi placeat παρέστ῀. πρὸς τὰ σιμὰ προβάσεσι.) M. προσβάσεσι: quanquam omnibus codicibus consentientib. & mox ἅμα συνεσμένῳ τῷ πρυτάνεσι.

πολὺ κῆ πυνὲν ἴχεσι.) Malo κῆ πικρὸν, & τᾶς παρὰ τ῀ ἰαμεῖον & ὃς ἐπικαλᾶτο χαλκᾶς, &, αὖτ᾽ λόγον ἔναι παρὰ τῷ φιλίππῳ. αὐθρίαι πολιμιγάδες.) πλὴν αὐθρίαν per e simplex, ut & πλὴν ναυλίαν ad ætatẽ referunt: πλὴν αὐθρέαν διφθογγογραφούμενον, ad uirtutem. Sed tanta est ferè omnium codicum, quos ego uiderim, & impressorũ & scriptorũ uarietas in hac uoce, ut utrum sit rectius, me fatear ignorare: ut et alia multa. τ῀ γῆμ μιτ᾽ αὖτ.) Post Demosthenem circiter bibit Phocion: sed natu maior illo fuit, eademq; ætate rempub. gessit. M. ἰατ᾽ αὐτὸν.

ἰαξαπικλεισμένον.) Rectè Bebelius ἰαξαπικλυσμένον παρὰ τὸ ἰαπακλύζω, ἐγχέω τὸ ἰαξακλέω. ὡς ἐχ ὑπήκοι.) Lego ὡς ἐ ἐχ ὑπήκοι, uel καὶ ὡς. κῆ παραλοβὰς ὁ ἄνθρωπος, ὑπὸ τ῀ βυλῆς ἀπίβλων.) Si post ἄνθρωπος distinguas: ferri potest. Alioqui malim ἰαξαγνοβάς.

τ῀ παραπρεσβάως.) πρὸ παραπρεσβάως.

ἐπὶ φιφαύς.) Lege cum Bebelio, πρὸ φιφαύς. Alibi notaui, præpositiones ἐπὶ, πρὸ, παρὰ, ὑπὸ, περὶ, πρὸς, & alias minutas particulas sæpè incuria librariorum permutari.

ἀφ' ὧν ἰσώθησαν.) Lege cum Bebelio, ὑφ' ὧν, per υ.

μιτασχῶσι τὸν δῆμον.) Vt Thebani deficerẽt. sed μιτασχῆσαι actiuum est melius, ut referatur ad Demosthenẽ, defectionis illorũ autorẽ.

πρὸς ἀλλήλας διαφορῶν.) Adde è Bebelio τὰς πάλαι.

Δάσχων ἢ νὴ Δι' ἀναλόω.) Δάσχων ἢ νὴ Δία συναλεῖφον διαναλέσ. Ex hoc loco uides, candide lector, me annos ab hinc unum & uiginti, sic esse legendum, non temerè diuinasse.

παρὰ ἀμφοτέρους.) Lege cum Bebelio παρ' ἀμφοτέροις. Leuiculum hoc est, ac nihil potius, quod ad sententiam attinet: sed non cõtemnendum, ὅσον πρὸς σύφωνίαν, utrum ἀπόγραφον, an uocalis scribatur, sequente alia.

δειήσασθαι.) δειήσασθαι. παράγραφη αὐθρώπεισι.) αὐθρώπεια, ut & ego olim emendaui. πρὸς πόλα, διάφορα.) διαφῶν, ut & ego.

τὸ δαρρᾶν.) τῷ δαρρᾶν, ut & ego. ἐν οἷς ἐντύχοις.) ἐφ' οἷς.

καλῶς. εἰ ἢ νὴ Δία.) καλῶς ἔχει νὴ Δία. Sic & Felicianus, & ego.

μὴ φθόνον τῶν χάριν.) Lege cum Bebelio & Feliciano, ut & sensus postulat, τῶν χαρᾶν.

παιανίσαν.) παιανίσαν magis placet, παρὰ τὸ παιᾶνα.

τυρᾶν ἀξίωμα.) Lege cum Bebelio, τὸ ἀξίωμα. &, τὰ περὶ τῶν χώραν.

ἐξήτει.) ἐξήτει, παρὰ τὸ ἐξαιτᾶν, ut & ipse emendaui olim contra consensum codicum. & πρεσβύσαν.

αὐτῷ τὰ πράγματα.) Bebelius τὰ πράγματα. &, ἀπατῶνται τῶν χρημάτων.

καὶ πάθαν ἐκ ἰῶντος.) Bebelius rectè addidit, ἀλλὰ χαλιπάνοντος & δεργβέντος.

παραλαβὰς εἰς τὸ δικαστήριον.) Bebelius rectè, εἰς τὸ δισμωτήριον.

καὶ προιλθόντες.) Bebelius rectius προσιλθόντες.

ἁπλοῖν προκειμένων ὁλῶν.) ἁπλῶν προκειμένων ὁλοῖν.

καὶ προτειχίζουτος.) Lege cum Bebelio περιτειχίζουτος.

συνεπιθήσωντι.) Si hoc placet, legatur &, καὶ συνεκβάλωσιν αὐτὸς.

φίλαρχος.) φύλαρχος ἢ φαλερός. ὅσον ἐν τίμημα.) ὅπερ ἐν τὸ τίμημα, & μαθητὰς ἀναγράφει. τὸς περὶ τὰς δύρας.) τὸς περὶ τὰς δύρας. Bebelius παρὰ. Quid si τὸς ἐπὶ τὰς;

ἅπερ ἴσλω γνώμλω ῥώμη.) Inuerte cum Bebelio & Feliciano, ut sententia postulat, ἅπερ ἴσλω ῥώμλω γνώμη.

ἐκ ἐπίστυσι.) Bebelius ἐκ ἐπίστυσι. sed tum legendum esset προαγορεύσαντος.

EX EODEM PLVTARCHO ALITER.

Quot loca in hoc opusculo σὺτύχως emendarim: testatur conuersio mea, & Specimen Demosthenicum, anno 1569. editum illud quidem, sed mendosissimè, in græcis præsertim, quòd Oporiniani successores meas emẽdationes Eusebio Episcopio communicare noluerunt. Vnde factum, ut illud specimen minimè speciosum prodierit: additis etiam græcis annotationibus in marginibus Olynthiacarum, quæ meæ non sunt. Quæ te, candide lector, scire uolui: uel ea de causa, ne accuratiorẽ hic animaduersionem desiderares. Non tamen ea prætermittam, quæ ego coniecturis assequi non potui.

πορίσας.) πορισάμλν & τὸς ξύλλογος, &, πιλειωθὰς ἢ, ἢ πλείονας & ἢ ἐλάττω παρὰ τ' ἐπιρόπων. Cum pauciora sperasset, & æquo bono recepisset.

τὸς ἢ καὶ χάριν.) Addidi, ἀφεὶς. Morellius ἀφίναι πειθάς.

ξυρέμλνον.) ἐυρεμένον. ego ξυρησάμλνον. παρίχειν αὐτὸς διατειλῶ. ἱπλά.) παρίχειν τέτες διαξειλῶ ἐρμῶ δ' ἐκείνες ἀρατέρεον. ἱπλά.

A quòd theatricam hæ delectationem haberent: illæ impetum rebus gerendis idoneum præ se ferrent.

τειηραρχικὸς.) τειήραρχος.

ἀνωμολόγηται, ὡς καὶ διὰ τ' ἔτε. &, ἀνόχθη ἢ. γραφέντος νὴ τειήρες.

τῦσαι.) κατασκύασαι. πάλιν ἐν τύτοις ὧν πολιτευόμλνος.) ἐν πάλιν ἐν τοῖς πολιτευομένοις, hæc emendatio magis placet quàm mea, ἐπὶ τύτοις: iterum ad gerendam rempublicam accessit.

γνησαίμλνον, ἀβίω ἢ δύο καὶ ἑξήκοντα ἔτη. ego diuinaram, ἔτι ἢ βιῶναι δύο καὶ ἑξήκοντα: pendente constructione à uerbo φασὶν.

γυναικὸς, ἣ τ' σὺλοκίμων τινὸς ὁλιοδώρε δυγατρὸς. Reliquit binos liberos ex una uxore, filia probati uiri Heliodori.

εἰς τὸν ἀνόν & τάσιν.) Hoc malo quàm βάσιν, ut ego τὸ πᾶσιν mutandum censueram.

ἐβασανίσθη.) ἐβασανίσθη. ἐπισχέντων.) F. προσχέντων. μίαν ἡμέραν.) μιᾶς ἡμέρας.

IN VITA DEMOSTHENIS à Libanio descripta.

πορισθέξι.) ἀμφισθέξι. τοσῦτον μνημονεύσαντος.) τοσύτων μνημονεύοντος συγχωρῆσαι. παραβαλᾶν.) παραβαλᾶν.

ἐπὶ τ' ἔτε.) τότε. παρῆλθον δὲ ἰσχνὸς.) πρεῦλθον. ἡμέραν τῆ σὺβολίᾳ.) τῆ βολιτίᾳ.

IN LAVDATIONE LVCIANICA.

μὴ δίς ἡ λραμβν δαύτος, ea tantum annotabo, quæ meã animaduersionem fefellerunt. etsi gaudeo pauca me fe-
B felliſſe, deprauata quidẽ. τ' γὰρ παραλειλειμμένον ἐτέρ λόγ.

ἐπ' ἴσης ἀξίως.) ἀξίας. ἐμμονὴν ἔχοντος.) ἐχόσης.

ἐπιφαμᾶν τ' λόγων.) τ' λόγον ἢ τῷ λόγῳ.

ὅτι τι δὲ.) ἔτι δὲ ἢ, ὅτι δὲ.

τ' τὸ δ' ἔμ.) τότων δ' ἔμ.

ἔχων οἰκαδι.) οἴκοι. καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπῶν ἀνάγνωθι. Atqui, inquam, de læto isto nuncio gratiam tibi habeo. Legito & reliquos uersus.

τί γὰρ τ' ἐτῶν καὶ δ' ὑλρίας ὀνάμλν ἀκοδίτλν ἐκ ἔχοντι;) Probarem, si legeretur ἐκ ἐκόσης, uel, ἐκ ἔχον γε. Nunc solœcismo coniecturã meam antepono.

συνίσασι δ' ἐπὶ συμμαχίας.) S. τὸς ἀθλωδίας. F. συνίσασι δ' ἔτι.

ἀ πρίαθαι δ' ἀ μᾶλλον.) Aut prius ἀ, aut τὸ δ' abesse mallem.

τ' τὸ τοῖς νῦν δοκοῦσι γίνεσθαι ὁ δημοσθένης· καὶ ἐφάμιλλος.) Hoc iis qui nunc sunt, est Demosthenes, ac, &c.

τ' ὀλίγ αἰσχρ ἐν.) τ' ἐκ αἰσχρ ἐν.

φύσει μ γὰρ αὐτῷ.) πρὸς αὐτὸν.

πρός τ' ἔν.) πρὸς γᾶν. καὶ πρὸς ὑμᾶς γε ἄγων, ἀλλ.) λέγων ἀλλὰ πεισ' ἐπ'. διανοᾶσθαι, πειρᾶσθαι.) λιγνοᾶσθαι, ἐπειρᾶσθαι. Sic & ψηφίσθαι pro οἰκῆσθαι, & ἠγανακλᾶσι pro ἀγανακτᾶσι.

τὰ τοιαῦτα.) διὰ τὰ τοιαῦτα ὧ ἀρχία.

διά τι.) διά τοι καὶ νῦν. & ἔστι ταῦτα ὦ ἀρχία.

ἀδίκ ἀπώμοτον.) In margine scholion est notatum: τετέσιν, ὅτι σὺ ὀμεῖ μέλλων, ὀμόσαι δικαίως, μήποτε γένοιτό μοι.

τ' τραγῳδιῶν.) τῷ τραγῳδῷ.

μιδ' ὡς αὖ δι.) μιδ' ὡς αὐτὸς δι.

αὐτῷ τὸ λῦμα.) Scholion in margine additum: τετέσιν, αὐτὸς πρὸ τοῦ πολιτικῆς ἐπιτήμης προσήκουσα, ὁ ἀγαθῷ πολίτη ἀξία, πλὴν δι' ὑπόνοιαν ἀσφάλειαν καὶ βεβαιότητα τὰς χρὸς λατέον. Hoc est: Hæc prouidentia est ciuili scientiæ conueniens, bonoq; ciue digna, ut libertatis
C securitatem & constantiam fortiter tueatur.

HIERO-

HIERONYMI VVOLFII AD EVSEBIVM

EPISCOPIVM, INDVSTRIVM ET MAGNIFICVM TYPOgraphum, *in varias lectiones Demosthenicas*

PRAEFATIO.

INSTITVTVM tuum, uiro bono & docto, & tuo quoq; cognomine dignum (quod παρὰ τὸ ἐπισπᾶσθαι fieri scis) non modò multos & magnificos autores: sed & ornatè & emendatè, cum accuratis indicibus, eosdem in publicum edendi, magnopere probo: tibiq; & fructuosum & laudi sempiternæ fore confido. Inter quos Demosthenicum hoc opus: propter summam utriusq; oratoris auctoritatem: non postremas esse laturum, consentaneum est. Quò libentius etiam rectæ uoluntati tuæ, & D. Theodori Zvvingeri acerrimo iudicio: pellegendo & conferendo & excerpendo Luteciano Demosthene: morem gessi, quamuis & perpetuis laboribus fessus, & uarijs morbis penè confectus. Ac quod ad Vlpianum attinet: Morellius nō malam nauauit operam: eumq; nobis & auctiorem & paulò correctiorem exhibuit: cuius editionem in exprimendo sequaris licebit: coniecturis tamen etiam nostris (si uidebitur) alicubi adhibitis. Scholia quoq;, & si pleraq; non magni momenti, quibus longè plura (fortassis & meliora) è Lexicographis colligi possent, equidem non reijcio: uereor tamen, ne qui me rideant, qui istiusmodi λιπολογίαις, conuersione mea dignificationibus: in translatis, synonymis, cōtrarijs, constructionibus: in alijs compluribus diuersa ratio sit: ineptiæ & nugæ inanes uitari uix possunt. Nam Græca ex altero latere sita, Latinis admiscere: quamuis æquè ineptum, tamen alicubi uitare non licuit: quòd Scholiastes iste, quisquis fuit, sæpe nimium diffisus lectorum ingenijs, elementarios pueros docendos suscepisse potius uidetur, quàm eloquentiæ Demosthenicæ candidatos. Sed, utut sit, ego nihil ab ullo editum in hoc opere, præterire uolui: cum non ignorem, ea quæ pleriq; uiri docti pro nihilo ducunt, à quodá non postremæ notæ professore, magno cum supercilio & ostentatione exquisitæ diligentiæ ac doctrinæ pro suggesto fuisse decantata, uel deplorata potius ac elatrata: ut fuit ἰμαιόβις ille homuncio, & quamuis penè edētulus, mordacissimus, & in canina facundia (qua nimis petulanter & in me & in alios & me & se longè doctiores & clariores uiros inuectus est) exercitatissimus: & cum lippus esset, in perspiciendis omnium scriptorum erroribus & uitijs, acutissimus. Qui quidem rectè sibi cauit, quòd nihil in publicum edidit: μή τι πάθῃ τὸν ἐρεξιθόνιον ἴδια γένηται. Sed ille ualeat cum suis assecl is & imitatoribus: nos cæpta, bonis auibus prosequamur. Vlpianum igitur, ut dixi, pellegisse non pœnitet. In ipso autem Demosthene conferendo, haud scio an operæprecium fecerimus. Nam conlecturæ nostræ ἐν ἀσπαστῷ ἔξουσαι, Aldino, duobus Heruagianis, Felicianio, Manutiano, Pannonio, Augustano Demostheni adhibitæ, ἢ ἐπίνοιαι, ἀπὸ μεγάλης φρονήσεως, καὶ ἐμπειρίας πολυχρονίᾳ γεγεμένη (ἃ ἢ φοβερώτερον ἔτ' ἄνδρα τισὶ δόξει τῶν βασκανούντων) interposita, id præstitisse uidentur, ut acutus & eruditus lector, alia exemplaria uel expressa, uel manuscripta non magnopere sit desideraturus. Curatum enim est diligenter, ut & orthographica errata uel alioqui deprauata tollerentur: & confusa distinguerentur: neq; quicquam, quod ad rem pertineret, prætermitteretur. Itaque, si quid apud te meà ualet autoritas, mi Episcopi: sequēris eos codices, qui manu mea emendati sunt, & sub Cal. Ianuarias ad te missi: asteriscis tamen omnibus repudiatis, qui librum magis deformant, quàm lectorem adiuuant. Qui si ita ignauus est & socors, ut annotationes nostras in locis suspectis & dubijs consulere grauetur: non asteriscis, sed obeliscis erit excitandus. Pauculas tamen clausulas, quæ ex Luteciano & Augustano codice accesserunt, suis locis contextui facilè inseres & Græco & Latino. Has enim conuerti: cæteras uarietates Græcè tantùm notaui: alicubi tamen censura addita. Quòd si spacium & tempus datum fuisset: συμπάσας τὰς πολυπλόκους ἀναγνώσεις, ordine ipsarum orationum & distinctione seruata, contulissem: superuacaneas (in diuersis enim libris eædem sæpe extant) resecuissem: retentis tantum aut necessarijs, aut non omnino respuendis: cuiusmodi sunt τὰ συνώνυμα καὶ ἰσοδυναμοῦντα. Nunc, cum trimestri non amplius spacio tantum opus, unà cum Isocrate Græcolatino, proximis nondinis edito, inter uarias occupationes alias, pellegendum fuerit: malui πλὴν ἐμέμφθην ἀκριβείᾳ παραθεῖναι ἢ μηδὲν ἅπαξ. Nam superuacanea facilius auferuntur, quàm prætermissa supplentur. Ac uarias lectiones omnium editionum consignatas habes: quarum numeros, si folijs impressionis tuæ accommodari nequierint, prætermittendos censeo: lectoremq; monendū ex ipsa serie orationum & locorum, quò quęq; nota pertineat, facilè deprehendi. Obsopœi Castigationes integras excudi placet, ijsq; ordine subijci Lutecianas & Augustanas: nisi fortè isthic habeas uirum doctum & acri in Græcis iudicio præditum, qui id efficiat, quod ego, temporis angustijs exclusus, non uolens prætermisi. Agnosco enim & in hoc opere fortunam meam: quæ subindè aut aliquid turbarum dat, ocium sperāti: aut adiumenta rei accuratè cōficiendæ surripit. Nam primùm ne diu optata, & ualetudini meæ perquàm necessaria quiete, paucos hosce, qui rerijt. Neq; id factum reprehendo: de quo gratiam habemus omnibus ijs, qui aliquid operæ ac studij ad id contulerunt: sed fatum meum narro: καί τοι ἐγὼ τῇ τύχῃ, ἀλλὰ μετὰ πλείω παυσίλυπον διαμίρρησιν γεγενημένῳ. Deinde si ad manum habuissem exempla Demosthenis & Vlpiani à me correcta: facilius & cōsignare, & suis locis inserere omnia potuissem. Nunc uerendum est, ne quædam aut transponantur, aut inculcentur sæpius, aut decrahantur. Quæ solicitudo ita me angit: ut ipse Basileam irem, cauendæ istiusmodi confusionis ergò: nisi & seruitute & imbecillitate corporis: quod, hoc tempore, nec pedestre iter, nec uectationem ferre potest: impediret. Tua tamen solertia & cura, perspecta in cæteris meis lucubrationibus, non parum me recreat. Quòd si D. Zvvingerus Amphitheatro suo παγκοσμίῳ καὶ ἀειμνήστῳ exornando minus occupatus esset: is unus ὁ μόνον ἰατρὸς, ἀλλὰ καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ, πολλῶν αὐτάξιος ἄλλων omni me cura liberaret. Sed cum nefas sit, grauiores illius occupationes, καὶ φιλοσοφωτέρας ὄσας, τοῖς ῥητορεύμασι τοῖς ἡμετέροις interpellare: si uel ipse ea quæ ex Luteciano & Augustano codice excerpta sunt, pellegeris, uel, ab alio non indocto pellegenda curaris: facilè apparebit, quid, & quo loco, uel Demosthenī uel Vlpiano sit inserendum: quid omittēdum. Si uerò per alia negocia nec ipse præstare hæc potueris, nec hominem idoneum nactus fueris: neminem tam ingratum, tamq; iniquum fore puto, qui non potius candidè probet, ea quæ dedimus, quàm quæ, necessitate coacti, prætermisimus, importunius requirat. Et ut existant tales (sunt enim qui metere uelint, ubi non seuerunt: & ea exigant quæ non dederunt: & ad suum arbitrium fieri & dici oportere omnia, somnient) his unum illud respōsum uolo: ὁ φρονῶν ἱπποκλάδη. Quanto enim supercilio illi me accusarint: tanto ego eos animo contemnere decreui: μίγα δὴ συνοφαντίας ἀλιξιφάρμακον πάλαι πεχρισμένας, τὸ ἀφρονιστεῖν τ' ἐκ παροιδίας, μᾶλλον δ' ἐμφύτῳ βασκανίας, τὰ ἧς ὑμέτερα διαβαλλόντων ἀλλ' ἢ τέτων βέλτιον ἐκ δὴ ἰλιάς πολυμαθημοσύνης, ἧς ὁ λοιδορώτερον ἄλλο προφρόντων, καὶ ἐπιλειπνιώτων. Scholijs, de ipso Demosthene dicta, hoc loco sufficiant. De uarietate autem tanta, tamq; multiplici codicum, ut de ueritate lectionis penè desperari queat: paulò pluribus agendum est. Ac primùm statuendum, eruditos scriptores, cum lucubrationes suas publicarent, in singulis sententijs uno quodam certo eloquendi genere, non pluribus

ac diuersis,

ac diuersis, esse usos: eoque, quod aptissimum & elegantissimum, ex magna & ampla uerborum copia selectum, iudicarent. Non igitur tanta diuersitas ab ipsis librorum autoribus, sed ab eorundem corruptoribus proficiscitur, siue librarijs, siue criticis, siue scholiastis: quorum hi postremi non tam sua, quàm describentium culpa, mutationibus germanæ scripturæ occasionem dederunt. Glosmata enim: eaque aut in diuersis libris diuersa, aut in eodem uaria: siue marginibus, siue supernè uersibus addita, sæpe in contextum irrepserunt, locoque mouerunt ueteres, ut ita dicam, colonos. Sic alia pro alijs substituta, necessaria prætermissa, superuacanea inculcata, elegans & numerosa structura peruersa est sæpenumerò. In quo genere multum peccatur ab ijs, qui memoria potius quàm oculis in describendo utuntur: sententiam animis complectentes, eandemque suo modo efferentes, & uerbis & ordine uerborum neglectis. Cum autem bibliopolæ ueteres mancipijs uterentur: è quibus unus aliquis pronunciaret, quæ reliqui scriberent: si uel dictator ille parum commodè & distinctè est locutus, uel è scribis aliqui, aut surdastri, aut fortuito strepitu ac tumultu perturbati fuerunt: quis alios alia scripsisse miretur? Accessit insolens quoddam ἀλλιγραφίας καὶ δι' ἀπὸ σημείων τινῶν συντομίας studium: nihilò melius quàm ipsa ἀκαιγραφία. Vtraque enim τὸ συναναγνωστον (qui omnis scripturæ finis præcipuus est: ut orationis τὸ συνακόλουθον καὶ σύνηχον) impedijt: cum eosdem characteres & ductus & notas compendiarias alij aliter, pro sua quisque intelligentia & perspicientia, legerent. Itaque τὰ ἐκ τῆ ἀνομοιογνώστα παράφραμματα non pauciores mutationes, quàm αἱ παραποὶ pepererunt. Nã de libris aut mutilatis, aut uetustate, & casu quopiam corruptis, aut à blattis & tineis erosis, atramento etiam exolescente, καὶ ὀβέλια τὰ γράμματα exhibente, quorsum attinet dicere? Iam librariorum insciticia, incuria, perfidia cui nota non est? Quæ μεταπλασμῶν genera non crebrò occurrunt? Omnia certè plena uideas προσθέσεων καὶ ἀφαιρέσεων ἐπεξθέσεων καὶ συγκοπῶν παραγωγῶν καὶ ἀποκοπῶν· αὐτιστοιχιῶν καὶ μεταθέσεων, ἐν αἷς καὶ ἀναστάσεις, καὶ ἀπὸ συστολαὶ ἐμπδιζόντων· διαιρέσεών τε καὶ συναιρέσεων, καὶ ἀπὸ συλλαβῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ λέξεων· ἀσ' οἱ ἂν ἀπολύτως, εἰ ἢ ὑφὲν γράφοι συναλειφώντι καὶ ἐκθλίψεων. Nec desunt ὑπερβατὰ, αὐτιπροφαὶ, διακοπαὶ, συγχύσεις, ὑστεροπρότερα· nec ἐκλείψεις καὶ πλεονασμοὶ, καὶ ἀρρυθμία καὶ ἀκαιοσύνθετα· nec αὐτιπτώσεις καὶ αὐτιμοιρεία, καὶ ἐναλλαγαὶ προθέσεων, ἀρθρων συνθέσεων, ἐπιρρημάτων, συγκριτικῶν γρηῶν, ἀριθμῶν, διαθέσεων, σχημάτων, χρόνων, διαθέσεων, ἐγκλίσεων, πνευμάτων, τονῶν, παθῶν, συντάξεων: omniũ denique eorum, quæ Grammatici Græci παρέμπτα, Latini accidentia partium orationis appellant, & reliquarum præceptionum, quæ orationem, aut obseruatæ, planam ac perspicuam reddunt: aut neglectæ, obscurant & deformant. Huiusmodi mutationum tanta multitudo uel in uno Demosthene occurrit: ut, si quis & ocio abundet, nec ingenio careat, & eruditione polleat: ἀριθμὸν σφαλμάτων ἐπανορθωτικὸν conficere posse uideatur: & in salebrosis, obscuris, dubijs, impeditis locis aliorum etiam autorum, non tam quid scriptum sit, quàm quid scribendum fuerit, è dictione scriptoris, è ratione Grammatica, è sententia & constructione, temeritate remota, diuinare. Nos autem alijs nunc rebus utilioribus, aut saltem magis nobis necessarijs, uacaturi: pauca quædam, nullo ordine, ut occurrent, uelut specimen proferamus: quæ ad certa genera, quæ modò exposita sunt, facile referentur. Sumamus igitur hæc: καὶ ταῦτ' αὐτὸ ἁμαρτυρόντ@ πράξειν φησί. Legendum esse ἁμαμαρτυρῶν τὰς πράξεις me sententia docuit, & erroris animaduersio in ἔνθ' ἐν καὶ δι' αὐτιστοιχίας, ut & alia plurima sæpe destitutum quindecim codicum auxilio. Διχογνῶν· δὰ ἐνιγνῶν· ἐνίστι καὶ δὶς πάλαντα τὰς· πρωτικοδιαταλαυσίας εἶπας: Sic πρωτικοδιαπλανία· ut causidicæ ac potius sycophanticæ artis uno uerbo apud Aristophanem descriptio, πρωτοδικοπανουργία. ὦ αὐθρῶ· αὐθωαῖ, alij, ὦ αὐθωᾶοι, alij, αὐθωᾶοι, utraque uoce præcedente omissa. ὅτι διοκρίνης ὀφέλει· διοκρίνην ὀφέλειν. ἀλλοεῖς· ἀλῶ εἶς. ὧν ἐνέστιν· ὧν ἔστιν. τὸ λόγον· τὸ λόγειν. γεγραμμένα· γράμματα. διομολογῆσα· διομολόγησα. ἀφεὶς· ἀφ' ὃς. παιδὸς· ἀπαιδ@. ἀποθεν· ἀποθεν. γράμματι· πράγματι. ταῦτα· ταὐτα. Hæc uidentur ἀναπτ παραπεῖς, è soni similitudine. ἀλιθὶς· ἀνειβὶς· τ' ἀλιθὶς, τ' ἀνειβὶς. ὑφαίνεσθ· βύλεσθε. ὁποίας· εἴας. τιμησίας· λιολάσεις. ὑλίνου· ἕσου. Hæc Synonymorum permutatio scholijs debetur. ταὐτα, ὅσα· ἅπανθ' ὅσα. ἰατίγνωτι· ἰατιγνώκατι. ἤθελσαν· ἐθεσαν βλαβίλιπτ', βύλεπτ'. διακιμένων· διακινχιμένων. ἐνιχέρησι· ἐνιχάρησι. ἐπὼν· ὑπεισπὼν. ἀναγκαζομένης· σωαναγκαζομένης. ἵνα· μὴ ἵνα. τὰ ἐκ· τά, τι ἐκ. παρακαλατιθμένων· παρακαλατιθέσθαι. αὐτὸς· ἐτ@. οἰκημένας· εἰνοημμένας. ἱματᾶν· ἱματᾶν. παρ' ὑμῖν· παρ' ὑμῶν. ἐγγέγραπτο· ἐνιγέγραπτο. ἄδικ@· αὐάδικ@. ἀδικᾶν· αὐτιδικᾶν, αὐταδικᾶν. βλαπτήσομεν ὅς· βλαπησομένους. λοιπῆσαι· λοιπίσαι. αὐτὸν· αὐτὸν. ῥύτωρ· ὁ ῥήτωρ. Sed modus sit rei propè infinitæ: quam priuato quisque studio: ex ijs, quæ & à nobis, & ab alijs notata sunt: obseruet. At, inquies, quis in tãta uarietate ueram lectionem deprehendet? Alicubi fortasse nemo: ἴσων γὰρ ψήφων γιγνομένων· quoties & uerborum eadem uis est: & ratio sententiæ atque Syntaxeos constat: & non dissimilis est numerorum concinnitudo. Vbi uerò alius codex ad hæc propius accedit, alius ab ijsdem recedit longius: quis dubitet uter utri sit præferendus? Atque hæc mea adiumenta fuerunt in ijs autoribus interpretandis, quorum aut singulos tantùm, aut plures consentientes codices habui: neque coniecturas meas, quæ & rationem Grammaticam, & sententiæ ueritatem, & dictionem autoris solicitè consectantur: atque diuturnum in Græcis literis (in quibus ætatem consumpsi) usum & iudiciũ, cum multis curiosis exemplis (etsi hoc inuidis & imperitis arroganter dictum uidebitur) commutata uellem. Neque hoc à me temerè iactari, docere poterunt Isocrates, Plutarchus, Epictetus, Suidas, Byzantina historia, Scholia Ptolemæi, Vlpianus, alia complura, & hic ipse Demosthenes: quem non pluribus locis tot, tam diuersa exempla, quàm diuinationes nostræ, καὶ γνώμη ἐπιτυχὴς correxerunt. Ea autem ut addantur, quæ à librarijs non deprauata, sed ῥωϊκῷ τινὶ πολύματι omnino prætermissa fuerunt: quæque non nisi libri integri subsidio restitui possunt (quę perpauca quidem sunt) non est ab homine postulandum. Illud uerò, mi Episcopi, & optandum est, & opera pro uirili danda, ne operæ tuæ, quæ nos tantis laboribus emendauimus, per insciticiam & incuriam denuo corrumpant atque deprauent. Quod absit, ut fiat cum utriusque nostrûm iniuria atque infamia, & iusta inscriptionis criminatione. Neque uerò fiet, te uigilante, καὶ ἐπισκοπῶντ@ ut soles: qui multis egregijs uoluminibus editis, fidem tuam atque industriam omnibus candidè iudicantibus approbasti. Vale. Augustæ Vindelicorum, XXIII. Augusti: quo die typographicis scriptionibus confectis, onus Ætna grauius excussisse, & è dura seruitute, aureæ LIBERTATI restitutus esse mihi uideor: Anni M. D. LXX.

AD

AD MAGNIFICVM ET GENEROSVM VIRVM, D. IOANNEM IACOBVM FVGGERVM: KIRCHPERGAE, VVISSENHORNI, & PHYRETTARVM DOMINVM: CÆSAREÆ & REGIÆ MAIESTATI À CONSILIJS, &c.

ingenio, doctrina, virtute ornatissimum, Hieronymi Vvolfii, in Demosthenem, latinum à se factum,

PRAEFATIO.

QVOTIES, Ioannes Iacobe Fuggere, uir ornatissime, uitæ meæ cogito, studiorumque rationem: fato quodam rapi mihi uideor ad hoc literarum genus, in quo multos iam annos, nescio quàm feliciter, sedulò quidem certè uersor, & diligenter. Cum enim puerum olim nulla discendi occasio, nullæ parentum & amicorũ cohortationes inuitarent, sed potius plurimi deterrerent: naturâ tamen ita mihi fuit insitus & infixus incredibilis quidam græcarum literarum & poeseos amor, ut in magnis, & ferè perpetuis, cùm fortunæ, tum ualetudinis incommodis, nunquam hactenus à semel instituto studiorum cursu potuerim ullis rationibus dimoueri. Quàm prudenter in eo fecerim, non dico: & si quid peccatum est, satis graues erroris mei pœnas do, qui ex adamatis literis, nihil fero præmij, præter labores & molestias: neq; ullum prospicio portum, in quo post diuturnas ueluti tempestatum iactationes, tandem cõsistere liceat, cum hactenus quidem ab alio exilio (quid enim aliud dicam, etsi non longinquas, crebras tamen & æquè molestas peregrinationes?) subinde fuerit in aliud abeundum. Siue igitur ea Fortunæ, præpotentis dominæ, siue simplicitatis meæ culpa sit: ferendum est, non culpandum, quod iam mutari non potest: & miserijs meis hæc fingenda consolatio, stationem hanc mihi diuinitùs esse attributam, atque in ea strenuè pro parte uirili elaborandum. Id quod in hunc usque diem facere non desisto, maiore omninò contentione (si quid amicorum reprehensionibus credendum est) quàm uires ac ualetudo mea patiuntur. Cum enim docendi prouincia me plus satis exerceat: quicquid reliqui temporis datur, id uniuersum, genio sæpe defraudato, legendo, meditando, scribendo consumo. Quod cur faciam, si quis me roget, illud ueriſimè respondebo: me sine magna animi molestia non aliter posse facere, siue quia sic assueui, & natus fortasse sum ad ærumnas: siue quòd (ut Plinius dicere solebat) omne perire tempus existimo, quod studijs non impendatur. Ac potuissem quidem, & haud scio an debuissem etiam, hanc sedulitatem in alio uitæ genere consumere, quod plus & fructus haberet, & dignitatis. Sed quia serum est post facta consilium, Spartam quæ mihi obtigit, ornare studeo. Anno igitur superiore, in publicum edidi Isocratem à me conuersum: qui etsi propter necessariam festinationem & alias incommoditates, non sic emendari potuit, ut uel mihi ubiq; satisfaceret: ea tamen liberalitate amplissimi & prudentissimi senatus Norimbergensis (cuius honorificis de me iudicijs non minus debeo, quàm munificentiæ, ac semper debebo) eo candore doctorum est exceptus, ut me non adeò pœnitere debeat illius lucubrationis, quam nunc succisiuis horis secundæ editioni adornare conor: ut tantorum uirorum fauore, & eruditorum approbatione dignior aliquanto uideatur. In quo autore cum tyrocinium non inauspicatò feciſſem, ac maius opus aggrediendi tempus adesse uideretur: non magnopere fum aduersatus Ioannis Oporini, doctissimi uiri, mihique amicissimi iudicio, qui Demosthenem latinum iam multis annis flagitari à studiosis indicabat. A quo opere eo minus abhorrebam, quòd iampridem eius autoris non modò quasdam orationes ingenij exercendi gratia conuerteram, sed & locutiones minus peruulgatas, & sententias omnes insigniores, in peculiare uolumen contuleram: & assiduitate diligentiæ fretus, me nauare aliquid atque efficere posse sperabam, quod boni & docti uiri approbaturi essent. Neque tamen non prouidebam maleuolorum quoque calumnias, & importuna sciolorum iudicia: quæ tã multa, tam uaria, tam inter se discrepantia sunt, ut ea persequi & refutare sit infinitum. Delibãda tamen pauca mihi sunt, ut mei mihi consilij ratio nonnulla constitisse uideatur. Ac primùm eorum solicitudo, qui metuunt, ne adolescentes conuersionibus freti, græcas literas negligere incipiant, ita mihi uidetur inanis, ut studiosos adolescentes nulla ratione magis incitari possit ad græcas literas discendas existimem, quàm si prospiciant, se fidelium interpretum auxilio, quasi compendiaria uia, sine magnis molestijs & difficultatibus ad elegantissimæ & eruditissimæ linguæ, iucundissimam simul & utilissimam cognitionem peruenturos. Quos enim prius, fortasse nec à præceptoribus, nec copia librorum satis instr[illegible], desperatio retardabat: ij fiducia interpretationis, difficillimum quenque scriptorem in sua lingua suscipere legendum audebunt: & eam sibi felicitatem gratulabuntur, quòd, quæ in latino sermone rudiora sunt, & longè infra excellentiam ipsorum autorũ, ea non mutilata, non inquinata, non deprauata, non imminuta, sed integra, pura, correcta, solida, ut ab autore ipso publicata sunt, cognoscant. Quod certè tanti refert, ut optabilius esset, omnes ijs esse ingenijs, ea industria, ea felicitate, ut trium linguarum coniuncta scientia, omnes res cognitu necessarias & utiles, siue ad pietatis cultum, siue ad rempublicam gubernandam, siue ad mores formandos, siue ad rem domesticam constituendam, & curam ualetudinis pertinentes, non ex inquinatis interpretum riuulis, sed ex limpidissimis ipsorum autorum fontibus haurirent. Sed uidemus eam ignauiã nostri seculi, & in summa discendi copia fastidium, ut hoc optare audaciæ, sperare stulticiæ esse uideatur. Quare non improbandum erit eorum studium, qui in id operam dant, ut præstantissima ueterum monumenta possint etiam à mediocriter literatis, aliquo modo intelligi. Idque nonnulli sunt (graues profectò & eruditi uiri) qui non paulo utilius esse putent, quàm quod nunc complures sibi studio habent, ut hinc inde malè consutis quasi centonibus, nouos, eosque nugaces plerunque libellos (pauci enim uerè docti & eloquentes sunt, ad quos hęc reprehensio nihil pertinet) concinnẽt, & cramben nõ bis, sed sexcenties repetitã apponant. Qui quid efficiunt aliud, quàm ut uarietate præceptionum ingenia distrahantur: & bibliothecis in immensum exaggeratis, neglectis libris melioribus, deteriores non rarò celebrentur? Plures ferè nunc sunt (ut de alijs taceã) artium dicendi methodi, quàm ipsarum artiũ studiosi. Quanto autem esset præstabilius, Aristotelem & Ciceronem eruditis commentarijs illustratos, studioſè legi, ac edisci? Quanquam qui sua compendia eò retulerunt, ut illis rectius intelligendis seruiant: eos profuisse plurimùm, nemo non intelligit & fatetur. Ac eandem etiam eruditarum interpretationum rationem esse cẽseo: & ego in Demosthene conuertendo, eò respexi, non modò ut à rudibus græcarum literarum legeretur, sed ut cum græco autore conferri mea posset interpretatio, & ei per omnia (quantum liceret) exquisitè responderet: ac nihil malim, quàm ut (quod in multis autoribus factũ esse uideo) cum latinis ex aduerso græca cõiungerentur. Non quòd uim illam, & (ut Græci uocant) Δεινότητα Demosthenicæ orationis, & Atticam uenerem, & numeros oratorios ulla ex parte me consecutum sperem: quod quis sibi arroget (his quidem temporibus) nisi prorsus amore sui nimio & admiratione cæcutiat? sed quòd in optima conscientia lucem non reformido, & sententias sententijs appendero summa fide sum conatus, ad eamque rem & tempus (quanquam id sanè iusto breuius) & diligentiã adhibui quàm fieri potuit attentissimam. Quod ipsum in hoc autore consequi, quàm sit arduũ, ex eo apparet, quòd in tãto græcæ linguæ interpretum numero, nemo hactenus totum Demosthenem conuertendum suscepit: alij profesi nescio quid

Fortuna & instituũ autoris.

Isocratis conuersio.

Conuersio Demosthenis.

Conuersiones utiles græcæ linguæ studiosis.

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Veterũ scripta meliora nouis.

Isagogæ inutiles.

Demosthenicæ conuersionis scopus.

Demosthenes totus conuersus à nemine.

quid (neque enim tam facile est præstare magna, quàm polliceri) distulerunt: alij ea ediderunt, quæ qualia sint, aliorum esto iudicium. Neque enim mihi propositum est, quenquam uel tacita cogitatione perstringere: laudare quidem eos, qui in aliquot orationibus explicandis egregiam operam nauarunt, cuperem, & pro officio deberem, qui idipsum quod egò sum conatus, si uellent, longè luculentius præstarent, nisi assentationis suspicionem pertimescerem. Nunc dum alij uel cessant, uel quæ scripserunt, Horatij secuti consilium, in nonum annum premunt: hunc laborem imponi mihi passus sum, partim hortantibus, partim susceptum opus approbantibus eruditis non paucis. Non equidem sum omnium audacissimus, nec sine omni deliberatione & uirium mearum æstimatione tantum opus sum aggressus (quo quid queat esse turpius?) aut me unum id efficiendi facultatem habere credidi, de quo complures alij desperassent. Sed duabus rebus fretus præcipuè fui: tolerantia laborum, quibus in honesto proposito non facile succumbere soleo: & mediocri multorum annorum græcæ linguæ usu, & exercitatione. Præterea mihi Demosthenem legenti, & sæpius relegenti, non tantum inesse difficultatis uidebatur, quantum plerique persuasum haberent: & si qua difficultas esset, eam pendere partim ab ignoratione linguæ græcæ, quę iam nõ autoris culpa est, sed lectoris: partim ab exemplarium deprauatione, de qua nos quoque nõ iniuriâ conquerimur. Nam cum oratorem hunc nostrum sic certè loqui oportuerit, ut à cerdonibus, à nautis, ab agricolis (hoc enim eius fuit auditorium) elligeretur: putaui, me, quanquam in media Germania natum, assidua tamen optimorũ græcæ linguæ scriptorum lectione id esse consecutum, ut Demosthenes (toties præsertim relectus) nihilo mihi esset obscurior, quàm alicui auiculario, aut rustico, qui quotannis eum semel atque iterum pro concione dicentem, oscitanter audiuit. Quamè excipio instituta ueterum, de quibus nihil certi nobis est traditum: & codicum mendas, quæ certè maximam difficultatis opinionem pepererunt. Ego uerò ad eam superandam quibusdam artibus sum usus, quibus me profeciſse aliquid existimo. Vna hæc est, quòd mihi non persuadeo me quicquam scire, quod nescio: quo uitio multi, nisi multum fallor, & suo & aliorum malo laborant. Locos igitur ambiguos & dubios in omnem uersò partem, & quàm attentissimè cum toto genere Demosthenicæ orationis, aliorumque bonorum autorum comparo: diligenter inquiro, an aliqua uerba desint, redundent, uitiata sint aut transposita: si plura exemplaria habere possum, confero: si quem locum ab alijs citatum, declaratum, aut conuersum esse memini, consulo. Atque in hac quidem parte, non parum adiutus sum IOANNIS BERENARDI FELICIANI, doctissimi uiri, diligentia, qui curauit ut exemplar Demosthenis ex officina Frãcisci Brucioli Veneti, quod Heruagius nuper æmulatus est, multis in locis correctius haberemus. Quanquam is quoque nostræ industriæ permulta & inuestiganda reliquit, & diuinanda, quæ in nostris Annotationibus indicata, eruditi lectoris iudicio committemus. Altera est, quòd, si difficultas non corrupti exemplaris esse, sed uel uerborum, uel ipsarum rerum uidetur: nullius me laboris, nullius operæ piget, in consulendis & euoluendis optimis quibusque, tum ueterum tum recentium, græcorum & latinorum commentarijs: nec doctos etiam uiros, si occasio datur, scisciari erubesco. Atque utinam laudabilis illa ueterum consuetudo reduceretur, qua illi opera sua, priusquam in publicum ederentur, in consessu doctorum, liberè candideque iudicantium, recitabant. Nam ea ratione infinitæ & uerborum & rerum ineptiæ uitarẽtur. Nemo enim tam acutus est, nemo tam uigilans, quin aliàs incogitantia, aliàs ignorantia, & cæco amore sui hallucinetur. Sed cum ut alia multa, sic hoc quoque bonum ætati nostræ desit: uno contentus fui, SEBASTIANO CASTALIONE, homine acerrimi ingenij, egregia trium linguarum cognitione (id quod ipsius monumenta & declarant, & declarabunt, neque ullo alio præcone indigent) candore & humanitate singulari, & meliore fortuna liberalisque patroni benignitate dignissimo: qui qua est facilitate, pro amicitia nostra non recusauit conferre mecum ad græcum exemplar magnam Demosthenicarum orationum partem, & de multis sermonis uitijs me admonuit, quæ ego, fretus autoritate recentium scriptorum, quorum ab ineunte ætate plus satis fui studiosus, antè pro uitijs non habebam: nunc admonitus, pleraque facile cauere posse uideor. Denique, ubi me hæc omnia præsidia destituunt, non uideo cur non in æqui lectoris humanitate certissimam ueniæ spem repositam habere debeam: etsi confitear, me uelut in salebris hærere. In quo ego suauiter interdum eorum ridere soleo puerilem arrogantiam, qui inscitiam suam ab acutis lectoribus deprehendi, quàm ingenuè ipsi confiteri malunt. Quasi uerò propterea sis reprehendendus, si post adhibitam omnem diligentiam, quædam ignoraris? aut ullus omnino sit autor uel minimus in utraque lingua, de cuius locis aliquot non sit homini prudenti, & iudicium non præcipitanti, dubitandum? Quid de Demosthene dicemus, qui præter loca deprauata complura, tam acutus, tam breuis, tam rotundus, tam lubricus est, ut ego quidem ijs ignoscam, qui eius sententiam alicubi non sunt assecuti: & ignoscẽdum mihi putem, si in tam longo opere aliquando somnus obrepserit, diuturnitate laboris & uigiliarum defatigato: in magna præsertim temporis breuitate, multisque incommodis. Nam cum præter cætera mala & negocia, quæ non pauca nec opinanti obiecta sunt, docendi me labor quaternas singulis ferè diebus horas detineret, eaq; prouincia optimas quasque horas suo sibi iure uendicaret, ac uixdum aggressum, cum maximè feruebat animus, è medio plerunque ueluti cursu reuocaret: cum non ut Demosthenes in subterraneo specu abditus latêrem, sed in loco turbulentissimo uersarer: adeò, ut interdum penè obsurdescerem strepitu & clamoribus hominum: non pluribus tamen mensibus (id quod conuictores mei, & familiares non pauci norunt) totum latinè conscripsi Demosthenem ab initio usque ad finem, quàm qui in tot occupationibus ad diligenter pellegendum requirantur. Quare beati isti & ocioſi, qui, si unam atque alteram Demosthenis, aut Isocratis, aliorúmue scriptorum oratiunculam, longiore etiam spacio quàm elephanti pariunt, elucubratam ediderint, dij sibi uidentur: iniqui in me iudices esse non debebunt. Ego enim, si fortuna pateretur, eorum tarditatem imitari facile possem: ipsi meam properationem fortasse nó imitarentur. Neque hæc ostentationis causa dico (neque enim nescio, non tam celeritatis esse laudem, quàm bonitatis) sed ad ueniam duntaxat facilius impetrandam uolo pertinere. Cur enim non malim solidam potius laudẽ expetere, mora longiore interposita: quàm aliquorum reprehensionibus nimia festinatione dare locũ? Sunt enim, qui summæ temeritatis esse censeant, breui tempore conari quicquam in Demosthene, cuius omnes orationes fuerint longo tempore meditatæ. Sunt qui ætatem meam exagitent: sunt qui usum rerum in me desiderent. Quasi uerò aut idem sit conuertere, quod conscribere: aut Nestor antequam tria uixisset secula, homo non fuerit: aut grãmaticus in optimis utriusque linguæ scriptoribus ab ineunte uersatus ætate, munere suo fungi nequeat, nisi idem, quemadmodum Alexander Magnus, orbis terrarum imperium administrarit? Ridiculæ sunt istiusmodi cauillationes, & ipsa maleuolentia ieiunæ. Nam illud profectò non ualde metui, ne quis hanc uelut adoream mihi præriperet. Neque enim is est Demosthenes, qui se uel legi ab omnibus, nedum conuerti patiatur. Et qui id possent in Italia, Gallia, Germania, atque alijs nationibus, in quibus literarum studia florent, complures eruditi, maioribus aut splendidioribus occupati rebus, scholasticum hoc, atque adeò grammaticum interpretandi græca munus negligunt. Sed duæ me res uehementer incitarunt: una est, ac præcipua, ualetudinis (quam per seruitutem & inopiam satis curare non licet) perpetua ferè imbecillitas, quæ in hoc opere laborantem non semel in desperationem uitæ coniecit. Sic, quæ res alios segniores ad laborem reddit, ea mihi ingens calcar addidit: metuenti, ne cœptum opus

Subsidia interpretis.

Facilitas Demosthenis.

Prudens dubitatio.

Feliciani editio.

Inquisitio diligens.

Recitationes ueterum.

Sebastianus Castalio.

Ignoratio cum uenia.

Lapsus facilis in Demosthene.

Interpretis incommoda.

Causæ festinationis.

opus in medio ueluti cursu, immatura morte abrumperetur. Deinde uerebar (non ignarus fati mei, me nusquam ferè diutius consistere patientis) ne mihi aliò abeundum, & tota ratio studiorum (id quod in peregrinationibus, multis de causis accidere solet) perturbanda ac immutanda esset. Hæc igitur incredibilem ardorem primo quôq; tempore conuersionis absoluendæ, in animo meo excitarunt. Itaq; neq; noctes neq; dies conquieui, repudiatis omnium uoluptatum illecebris, propulsatis uarijs difficultatibus, antequam ad optatum finem cœpti operis peruenissem. Quod quum à studiosis & bibliopolis uehementer flagitari cognouissem, non differendam diutius editionem esse censui. Quid enim uetat, hominibus interim & prodesse, & gratificari? Nam si uita mihi benignitate numinis contigerit aliquando tranquillior (de quo non despero) ac diuturnior, quam polliceri mihi per ualetudinem uix audeo: semper erit emendandi & exornandi locus. id quod, ut à quibusdam reprehensum est, censoria planè sententia, quicquid omnibus suis numeris absolutum non sit, ueluti loco mouentibus, atque in ordinem cogẽtibus: sic à doctissimis quibusque tum nostræ ætatis, tum ueteris memoriæ uiris, aut cum laude, aut certè non sine uenia, semper est usurpatum. Nam præclarè poetarum sapientissimus Euripides, εἰ δὶς τὰ αὐτὰ λέγοι, inquit, φρονεῖν δὶς σοφὸν ἐστί: & interdum graues iustæque causæ sunt, propter quas, non quidem præcipitandæ, sed maturandæ tamen sint editiones. Neque tamen hoc sic accipi uelim, quasi me sententias alias allaturum esse putem (dedi enim ne in ea re socordiæ accusarer) sed quòd genus orationis, de quo rebus ipsis intentus animus, non erat, limari multis in locis & splendescere cura & diligentia poterit. Sic neque iacturam ullam facient lectores (sententiam enim Demosthenis, quoad eius à me fieri potuit, germanam habebunt) & qui post editionem emerint, id commodi capient, ut dictione minus horrida magis delectentur. Hic igitur labor meus, qualis qualis est, equidem opto ut studiosis hominibus prosit, siue mediocriter doctis siue rudibus græcarum literarum. Vtriusque sanè consultum uolui, ac toties & legi & relegi Demosthenem, toties meam conuersionem cum ipso autore contuli, toties emendaui, toties in singulas propè syllabas inquisiui: ut ignoscendum mihi esse putarem, si me aliquid præstitisse profiterer, quod alios minus diligentes & attentos præteriisset: ac sperarem, tum latinè duntaxat doctos græcum codicem non magnopere desideraturos: tum in græcis literis non satis exercitatos, conuersionis meæ uelut adminiculis, ad ipsum autorem pellegendum tanquam riuulo non inamœno duce ad fontem limpidissimum atque uberrimum, facile peruenturos. Ego certè, cum primùm Demosthenem Marte meo (nec enim diu magistrorum opera uti mihi licuit) legere cœpissem: quanta animi alacritate, quanta exultatione accepturus fui conuersionem summi oratoris, hac mea nihilo meliorem, aut aliquanto etiam deteriorem? Nam ut ullius boni oratoris interpretatio sit exemplari melior, aut æquè bona, fieri fortasse non potest: ego quidem nequaquam id mihi arrogo: sed quoties rem cum re confero, & animo meo perpendo, tantum interesse uideo inter meam & Demosthenicam orationem, quantum interfuit inter Demosthenem dicentem & scribentem, hoc est, inter uiuentem & mortuum. Neque enim dubium esse debet, eam fuisse non modò dexteritatem & artem, sed suauitatem etiam & uehementiam, eam uim, eum impetum actionis & pronunciationis Demosthenicæ: ut nec ullis comprehendi literis, nec à nobis, in hac (quantacunque uulgo putetur) eloquentiæ nostratis barbarie, uel intelligi, uel cogitari satis ab ullo possit. Hoc testatus est ipse etiam Demosthenes. qua de re præstat audire Ciceronem, qui præceptioni decori, libro de Oratore tertio, hæc uerba subijcit: Sed hæc ipsa (inquit) omnia perinde sunt, ut aguntur: actio inquam in dicendo una dominatur, sine hac summus orator esse in numero nullo potest: mediocris hac instructus, summos sæpe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, quum rogaretur, quid in dicendo esset primum: huic secundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Aeschine dictum uideri solet, qui cum propter ignominiam iudicij cessisset Athenis, rogatus à Rhodijs, legisse fertur orationem illam egregiam, quam in Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat: qua perlecta, petitum est ab eo postridie, ut legeret illam etiam, quæ erat contrà à Demosthene pro Ctesiphonte edita: quam cum suauissima & maxima uoce legisset, admirantibus omnibus, Quanto, inquit, magis admiraremini, si audissetis ipsum? Quo satis significauit, quantum esset in actione: qui orationem eandem, aliam esse putaret, actore mutato. Hactenus Cicero. Quòd si tantus orator Aeschines, quo idem Cicero nihil diuinius cogitari posse asserit: quem inimicus Demosthenes à magnitudine uocis μεγαλοφωνότατον appellat, imparem se fatetur eloquentiæ Demosthenicæ: quid de mutis literis est dicendum, quæ solum inuentionem & dispositionem reddunt integram: sed elocutionem, quæ sine pronunciatione suum tueri nomen uix potest, dimidiam? Itaque longè falluntur, qui legendis Ciceronis & Demosthenis aliorumque oratorum scriptis, se totam heroum illorum eloquentiam comprehendisse putant: multo ineptiores sunt, qui se illis una atque altera oratiuncula nitidulis uerbis & sententiolis, lucubratione multorum annorum quamuis bellè concimata, non modò pares, sed superiores etiam, si dijs placet, esse opinantur. Longè, longè inquam alia res est, quàm uulgus hominum existimet, eloquentia. Cuius etiam præstantissima quæque scripta, quid aliud sunt, quàm uita & spiritu carentia, eaque mutila simulacra? Esto, ut in corpore humano, caput & summa pectoris, quæ Apelles in celebrata illa sua Venere politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic inuentio & dispositio reliquis orationis partibus, si res ipsa spectetur, non uulgi applausus, qui multum à iudicio doctorum dissidet, antecellat: tamen ut illa ipsa Venus multo haud dubiè fuisset admirabilior, si manus etiam & pedes ac cætera membra omnia pari elaborata artificio accessissent: sic ea quoque eloquentia multo præstabilior est, quæ non dimidiatam duntaxat elocutionem habet, hoc est, uerborum & sententiarum ornamenta, sed perfectam, quæ sententijs & argumentis ratione inuentis atque ordine collocatis, non mutas figuras literarum, sed uocem, uultum, gestum, & motum totius corporis artificiosum ac decentem accommodat & adiungit. Neque hæc in orationibus modò, sed in poematis etiam, ac multo magis, animaduerti possunt. Virgilium enim (ut non ignobilis grammatici uerbis utar) pronunciasse maxima suauitate accepimus, & miris lenocinijs: ac Iulium quendam Montanum dicere solitum, inuolaturũ se quædam Virgilio, si & uocem posset, & os, & hypocrisim. Eosdem enim uersus, eo pronunciante, bene sonare: sine illo, inarescere quasi mutos. Quid iam de conuersionibus est dicendum? quæ cum (ut ita dicam) simulacri simulacra, & umbrarum umbræ sint, an fieri ullo modo possit, ut (quod paulo antè dixi) optimo exemplari, pari & bonitate & fide optima respondeant, equidem nescio. Vt enim nationis, sic etiam linguæ cuiusq; peculiaris, & alicubi prorsus inimitabilis est Genius, diuersi mores, diuersa instituta, & sæpe contraria, quæ necesse est etiam suo quodam orationis genere explicari, quæ suis uerbis iucundè, alienis molestè dicuntur. Quòd si pro ijsdem similia uelis substituere, maxima tamen erit nihilominus in ea similitudine dissimilitudo. Sed ut hoc Ciceronis diuinitati ingenij & meritæ autoritati fortasse concessum fuit, atque alijs eiusdem ætatis, qua & græca & latina lingua maximè floruerunt, præstantissimis uiris: ita nobis, qui utriusque fragmenta in scriptis habemus reliqua, qui magnis difficultatibus conflictamur, illud satis opinor esse debet, si sententias bona fide, eodemque ordine appenderimus, & genus orationis facile & mundum adhibuerimus: in quorum utroque non parua certè est difficultas. Sed in eloquendo, quàm intelligendo, longè maior. Quare ualere eos iubeo (nam ob paucitatem & ignauiam minor eorum esse debet autoritas) qui à græcarum literarum interpretibus ubique splendorem Ciceronianum, hoc est, aquam è pumice,

Interpretis diligentia.

Discrimen græci & latini Demosthenis.

Actio & pronũciatio magna pars eloquẽtiæ.

Dimidiata librorum eloquentia.

Virgiliana pronunciatio.

Conuersionum difficultas.

mice, petunt. Quasi uerò eadem sint tempora nostra, quæ Ciceronis: & non illud quoque sit operæprecium, adiuuare homines studiosos, ut primùm per interpretem, utcunque ita latinè balbutientem audiant Demosthenem, ut tum in littore balbutiebat, antequam ὀπτὸν φέρειν τὸ ῥῆτορα σαφῶς, lapillis linguæ subiectis: pòst etiam expeditè, & magna ui in frequentia populi Athenienſis Atticè concionantem audituri? Quod si nefas esse putant, cõtaminari malè describendo Demosthenem: primùm ab eis postulabo iure optimo, ut ea quæ reprehendunt, ipsi meliora faciãt: deinde rogabo, cur in omnibus scholis eius sententias latinis explicari uerbis æquo animo patiãtur? Quod si utile esse concedunt (sicut utilissimum esse adeò negare non possunt, ut nulla ratione alia hoc tempore doceri græcæ literæ possint commodius:) quæ inuidia est, si quis conuersionem eiusdem autoris in publicum ediderit, eum proscindere & calumniari? Quanquam contaminatum à me esse Demosthenem, negare & posse & debere uideor. Etsi enim Ciceronianæ imitationis præclaram laudem nec mihi arrogo (non enim, ut ille ait, cuiuis homini contingit adire Corinthum) neque cuiquam inuideo: illos ipsos tamen, quibus maior ingenij uis & fortunæ fauor contigit, parum facere candidè puto, addam etiam imprudenter & temerè, si nitore uerborum omnia metiantur, de sententiarum ueritate & grauitate parum laborantes. Quas ego me sanè spectasse præcipuè non dissimulo: sic tamen, ut

Dictionis genus. uerba non negligerem. Nam utranque difficultatem (de quibus paulo antè memini) tum intelligendi, tum eloquendi, assiduitate diligentiæ studui superare: & dictione uti uolui, quæ nihil haberet salebrosum, aut barbarum: nihil affectatum, aut insolens: sed & latina, & facili ad intelligendum, & ad uerba Demosthenis quàm proximè accedente. Necessariò tamen interdum usurpanda fuerunt quędam minus in ea notione trita fortasse ueteribus, quia tum meliora non occurrebant. Qua de re cum plura dicturi simus in nostris Annotationibus (quas utinam fortunæ iniquitas ita me perficere pateretur, ut ad græcè legendum Demosthenem omnibus optima cùm spe accedere liceret) nunc non ero longior: ac mihi fore persuadebo, ut quicquid est eiusmodi, ingentium laborum causa quos cæpi, æquus & candidus lector, uel imbecillitati ingenij, uel occupationibus & incommoditatibus meis ignoscat

Dedicatio. & condonet. Nec enim uideo plura dicere quorsum attineat, apud te pręsertim, IOANNES IACOBE FVGGERE, uir ornatiss. qui pro ingenij tui excellentia & exquisita eruditione, quæ in tanto fortunæ opumque fastigio, eo est admirabilior, quo rarior, tanto melius æstimare potes, quid sit de hoc meo labore sentiendum, quantum prudentia & candore cæteris antecellis. Qua re ego fretus & eruditione tua, & humanitate singulari, quam honestissimus uir GEORGIVS HERMANNVS, qui (ut eo dignum est, qui uirtutem & eruditionem cum naturæ fortunæque ornamentis coniunxit) inter cæteros studiosos quibus sedulò consultum uult, me quoque magna beneuolentia prosequitur, mirum in modum mihi prædicauit: te non modò patronum & defensorem, sed etiam iu-

Laudationes Demosthenis. dicem & censorem lucubrationum mearum delegi. Ac quod ad ipsum Demosthenem attinet, ea est de eius eloquẽtia, ex quo tempore uixit, annis abhinc ferè bis mille præcepta opinio, ut quod de Virgilio quidã usurpant, id huic

Secundus Demosthenis tomus. quoque tribui possit: ei nec accedere quicquam laudationibus, nec decedere uituperationibus aliorum. Quòd si quis eius laudatores requirat, in promptu sunt præter cætera, Ciceronis & Quintiliani latinorum, Plutarchi ac Luciani Græcorum testimonia, quæ ad secundum nostri laboris Tomum reseruauimus, qui Vlpiani enarrationes, Annotationes item nostras in obscuriora loca & dubia, nec non alia fortasse cõtinebit: quæ in his pædagogiæ molestijs & impedimentis, sic à me absolui non potuerunt, ut nunc ederentur, quanquam id maximè uoluissem. Neque mihi nunc uel morum, uel consiliorum eius defensionem suscipiendam esse censeo: aut cum ijs rixandum, qui ut malum uirum & ciuem patriæ pernicioſum hunc, ut & Ciceronem, exagitant. Illud tantum dico, si quis eorum scripta æquo animo legat & expendat, præsertim orationem de Corona: & homines eos fuisse, non deos, cogiter, ac difficillimis temporibus cum acerbissimis aduersarijs conflictatos: in eorum uita etiam plura laudanda, quàm uituperanda, reperiri. Verùm quàm bonus aut malus uir fuerit Demosthenes, id Athenienſium olim interfuit: nunc nostra nihil interest, qui ex eius eloquentia prudentiæ dicendi fructum colligimus. In quo genere satis ipse Demosthenes sese laudat, si lectorem fuerit nactus prudentem & attentum. Fuit enim & aquam bibere, & ad lucernam scribere, & in multam noctem lucubrationes producere, & antelucana opera opifices anteuertere solitus Demosthenes. Quare sobrium etiam & uigilantem lectorem, non minus quàm interpretem, requirit, qui uim uerborum, qui pondera sententiarum, qui acumen inuentionis, qui argumentorum copiam & uiolentiam, qui exemplorum grauitatem, qui reipublicæ gerendæ scientiam, qui diuinandi solertiam, qui collocationis artificium, qui exquisitam similitudinem nostrorum temporum, qui summam denique (ne ea quæ infinita sunt, infantia mea conetur persequi) cautionem & prudentiam, cum pari autoritate & seueritate coniunctam, consideret, perspiciat, admiretur: & quantum quisque uiribus ingenij & diligentiæ subsidio consequi possit, imitetur. Quòd si honestissimis eius consilijs uel hominum peruersitas; uel fatalis aliqua calamitas obstitit: eo profectò nomine commiseratione dignior est, quàm insectatione: & ijs qui tanto sapientiores illo uideri uolunt, elaborandum, & uotis à Deo exoptandum, ut sint eo fortunatiores. Sed ut ad rem redeam, qui illa quæ recensui, uel in una præstiterit oratione, huic abundè laudatus erit Demosthenes; domestico, non alieno præconio. Nam ubi testimonia rerum adsunt, quid opus est uerbis? Et hæc omnia multo erunt euidentiora & expressiora, legenti græca, in quibus elucet Attica illa sinceritas: quam nec Cicero expresserit, nedum homo quispiam semilatinus. Quòd uerò ad sententiarum ueritatem & germanam intelligentiam attinet, fidem & industriam meam spero me omnibus græcæ latinæque linguæ peritis probaturum. Quòd si cui genus orationis alicubi sterilius uidebitur, & exilius: is cogitet uelim, ipsum Demosthenem plus habere ossium & neruorum, quàm sanguinis & carnis. Vt igitur illa (uolentes quidem) ei nõ detraximus, ita hæc addere non fuerit interpretis, sed paraphrastæ, suo arbitratu declamantis. Cicero profectò, si ei causæ eædem agendæ fuissent, longè utique in plerisque maiorem apparatum uerborum adhibuisset: & quæ à

Conuersiones Ciceronis. nostro autore indicata sunt breuius & occultius, dicendo extendisset & illustrasset. Quod an in conuersione orationum Demosthenis & Aeschinis inter se contrariarum, sibi permissurus fuerit, equidem nescio. Sed si eas orationes conuertit (qua de re quosdam acutos homines non omnino sine causa dubitare uideo) eam rationem haud dubiè secutus est, quam se secutum esse profitetur. Atque utinam extaret illa conuersio: quæ quantumuis elegans fuerit, talem fuisse tamen non puto, ut orationem pro Milone legere non mallemus. Est enim durissima prouincia, pectori alieno tuum os accommodare, ac eius sententias tuis uerbis & stylo persequi. Quod in ipso argumento τὸ κεφαλαιῶδες λόγου explicando (in quo nescio quo modo dictio esse sterilior uidetur) ipse Cicero non dissimulat: à cuius ratione si mea multum dissidebit, id erit non uoluntati, sed imbecillitati meæ, & occupationibus & festinationi tribuendum: per quam facillimè fit, ut ab autoris sententia, tametsi non aberres, in græcis tamen uerbis annumerandis fidelior sis quàm oporteat, & imprudens aliquando latinitatem præteruectus, Demosthenicè magis quàm Ciceronianè dicas. Præstiti quod potui: & plus potuissem, si iustum tempus & spacium datum fuisset.

Fortuna literatorum. Nunc est ea studiosorum hominum conditio, ut sint quouis cerdone miseriores, & abiectiores: neq; profectò mirum esset aliquem pœnitere & ingenij & industriæ suæ, si ita comparatum est, ut qui fame perire nolit, ei penè sint omnes indignitates perferendæ. Sed querelæ non sunt huius loci: neque mihi nunc propositum est scilicet, fortunam

nam meâ deplorare. In eo potius est elaborandum,ut hoc meum opus,quocunque siue successu siue dispendio cõfectum, Excellentiæ tuæ non improbetur. Quod ut fore confidam, multa in causa sunt, ac in primis præstantia ingenij tui & eruditionis: qui cum sis propter amplissimas opes (quæ & ipsæ insigne Dei donum sunt,& bono ac sapienti uiro luculentum uirtutis instrumentum) suspiciendus,& propter beneficentiam & liberalitatem colendus: eæ sunt ingenij & animi tui dotes,ut etiam sine fortunæ splendore,in magnis uiris esses numerandus. Quanquam enim ego te coràm nunquã uidi: natura tamen ita fert,ut quicquid in rebus humanis excellit,auribus magis quàm oculis celebretur: quòd fama dimanare facilè ad multos, eadem uidendi copia non omnibus contingere potest. Celebratur à multis,ijsque præstantibus uiris,felicitas ingenij tui,quod ubicunque intendatur,ualeat, tam philosophicis quàm ciuilibus in rebus: celebratur eruditio,qua si uelles ad ostentationem uti, animi tui conscientia nõ contentus,ipse nomen tuum posses tradere memoriæ posteritatis. Neque id mirum uideri debet. Solet enim in claris familijs uigor ac uis naturæ esse maior. Deinde accedunt alia commoda, liberalis educatio, eruditi præceptores,tranquillum ocium, iustum discendi spacium, optimorum librorum copia: quæ magna ex parte homines tenues destituunt. ac proinde commiseratione potius quàm insectatione dignum est, si quibus ingenia liberalia contigerunt,ea fortunæ iniquitate ueluti sordescere: in tanto præsertim contemptu bonarum literarum, & Mecœnatum, qui eas foueant, paucitate. Quo tu etiam maiorem laudem mereris IOANNES IACOBE FVGGERE,qui præter beneficentiam in homines afflictos & miseros quotidianam (qui ueriſsimus & Deo gratiſsimus,generi mortalium utiliſsimus diuitiarum fructus est: & una stabiliendarum opum, & ad posteros propagandarum firmiſsima ratio) complures ingenioſos adolescentes (id quod regum, & principum, & ciuitatum munus est) tuis sumptibus non modò in Germania,sed in Gallijs etiam, & Italia,benigne foues & sustentas,dum summũ doctrinæ gradum assequantur. In quo laudatiſsimum exemplum REMVNDI patris,& ANTONII patrui tui, clariſsimorum uirorum, sapienter imitaris: qui præter cætera ornamenta, quibus abundat honestiſsima uestra familia,immortalem ea re gloriam sibi pepererunt. Non enim ingratæ sunt Musæ, quanquam orbæ & indotatæ puellæ uideantur,uel cultoribus uel patronis suis,sed utroſque honesta fama & nominis memoria sempiterna remunerantur. Quæ præmia qui contemnit, aut parui facit, eum aut celsitudine animi Deo similimum, aut abiectiſsimum hominem esse necesse est. Me quidem in multis incommodis, & malignis industriæ meæ ac miseris præmijs, non parum (ut ingenuè quod sentio fatear) consolatur spes,quòd ualde suſpicor fore (si qua modo fides astris est) ut etiam post obitum me honestè uixisse appareat, & non transegisse uitam (ut Salluſtij uerbis utar) more pecudis: sed eorum bonorum,quæ in uita humana præcipua sunt (etsi in assequendo fortunam habeam parum propitiam) uirtutis & sapientiæ,fuisse studioſum. Quòd si rem uerè consideremus,homines eruditi (quod ad hanc quidem uitæ partem attinet) summorum etiam regum potentiam superant: quorũ omnis memoria, nisi à doctis celebrarentur,uno alteróue ad summum seculo funditùs interiret. Quamobrem præclarè Virgilius: Viuitur ingenio, cætera mortis erunt. Laudabiliter etiam tu IOANNES IACOBE, atque adeò omnis splendidiſs. FVGGERANA familia,qui non contenti cæteris ornamentis,ut sunt ampliſsimæ opes toto terrarum orbe celebres, affinitates illuſtres,summorum principum amicitiæ, atque apud illos talis autoritas, ut uos ad grauiſsimarum rerum deliberationes adhibeant, quæ fortuna uobis largita est: ſolida etiam & peculiaria uestra bona coniungatis,uirtutem & sapientiam: neque doctos foueatis solùm, sed tum ipſi eruditione floreatis, tum liberos uestros ab ineunte ætate, liberaliter institui curetis: ut omnibus & animi & fortunæ bonis cumulati sint: & homine prudenti maximè dignam moderationem, qua una & Dei & fortunæ & hominum fauor tum paratur,tum conseruatur,uestro exemplo discant ac retineant: & hac uita sic utantur, ut beatæ immortalitatis spem habere possint. Quæ cum ita sint, omnino mihi persuadeo,uir ornatiſsime,te meum hoc opus,magno studio ac labore (quiſquis tandem sit euentus, quem non malum fore & opto & spero) confectum, æqui bonique facturum: & in splendidiſsima bibliotheca tua, quam magnis sumptibus in Italia comparasse diceris, instructam multis egregijs libris, qui hactenus à paucis sunt uiſi, Latino Demostheni aliquid loci daturum: & me unà cum patruo tuo Antonio,à latinis literis non abhorrenti, & fratre GEORGIO, qui & ipse cùm cæterarum disciplinarum, tum diuinæ Matheseos in primis studioſus esse dicitur: & altero fratre HVLDERICO, adolescente summi ingenij,& optimis studijs,magna modestiæ fama,deditiſsimo,patrocinio complecti & fouere non dedignaturum. Equidem spero me hactenus eam uitæ studiorumq; rationem & secutum esse,& quoad uixero secuturum,ut quicquid in me,pro liberalitate uestra & humanitate contuleritis,id non tam mihi necessarium, quàm uobis honorificum fuisse uideatur.

IOANNES IACOBVS FVGGERVS.

FVGGERI *Mecœnates nostri seculi.*

REMVNDVS. ANTONIVS.

Præmia Musarum.

ἐκ μισθῶν ἀγαθὸν βίον καὶ ἰσχυρὸν αὐξόμενοι.

Bibliotheca Italica.

GEORGIVS *Fuggerus.*

AD EVNDEM, HIERONYMI VVOLFII IN *Demosthenicæ conuersionis recognitionem* PRAEFATIO.

EVenire uidemus, uir præstantiſs. Domine & patrone obseruande, nescio quo siue hominum affectu, siue genio librorum, ut alij uel ante suos autores moriantur: alij iterum atque iterum & sæpius recusi,ad posteritatis memoriam propagentur. Neque hæc nostræ duntaxat ætatis conditio est,sed omnium temporum: neque earum scriptionum, quas suo quisque ingenio perficit, sed illarum etiam quæ ex peregrinis linguis in alias transferuntur. Sic autem diuturnitatis & propagationis scripti cuiusq; certiſsima spes est,ut consentientem seculorum approbationem emeruit: ac ij tum typographi tum bibliopolæ suis rationibus,ut non in præsentia (nam hominum imperitia & uaniſsimę nouitatis studium ueritati sæpe obstat) tamen ad diuturnitatem optimè consulere uidentur,qui uetuſtiſsimos quoſque autores,quorum perspectus est ipsa ætate genius,sibi familiares reddiderunt. Neque uerò eos improbo, qui noua quædam, erudita præsertim, & utilia studioſis,conscribunt: sed maximis laudibus dignos esse iudico, uel propter conatus egregios. Sed ego cum in illo genere me uel parum præstare posse, uel inanem operam sumpturum esse intelligerem: & eò me temporum ratio, uel perturbatio potius compuliſſet, ut contra uoluntatem etiam & institutum meum,aliquid audendum esset: non temerè omnino duos Græciæ præstantiſsimos oratores, latina oratione explicandos delegi: maximè,cum fortunæ suffragium,cuius grauiſsima est in rebus mortalium autoritas,consilium meum approbarit. Distractis enim ferè primis (sic typographi loquuntur) exemplaribus, maiore doctorum applausu, quàm improborum obtrectatione: sub incudem utrunque opus reuocandum fuit. Quod ut intellexeram, etsi uix ab immensis utriusque editionis laboribus respiraſſem, & ea quæ tenuitas doctrinæ meæ atque ingenij tum ferebat, fide optima, summâque diligentia præstitiſſem: tamen quia posteriores cogitationes meliores esse dicuntur, neque ferè quiſquam artifex ullum opus ita perficit,ut eius expoliendi nullum sibi locum relinquat: recognoscendi munus mihi defugiendum esse non putabam. Vt enim boni parentes genuiſse suos liberos non contenti, eosdem etiam educare atq; ornare omni diligentia conantur: sic ego mei officij esse duco, si quid lucis & nitoris scriptis meis afferre meditationis

tionis industria posim, nullis in ea re uigilijs esse parcendum: & candidi lectoris expectationi ac uoluntati, si qua ratione fieri queat, satisfaciendum. Quamuis enim ante hoc tempus, ea consecutus fuerim præmia lucubrationum mearum, quæ uoluntatem ad bene merendum de literis accensam, restinguere potius quàm inflammare possent: excelsi tamen & liberalis animi habetur, maiorem officij quàm emolumenti ducere rationem: atque id non in minimo deputare lucro, si quibus prodesse possimus. Nam gloriolam quidem aucupandam, & uanam illam auriũ titillationem tantis solicitudinibus & ærumnis esse redimendam, haud scio an homo grauis & constans serio persuadere sibi possit: præsertim cum ea spes, siue ob ingeniorum tenuitatem, siue ex doctrinæ inopia, siue propter multorum uel ignauiam, uel fastidium, uel maledicendi libidinem, non paucos frustretur ac deludat: ut ne dicam, satius uideri nonnullis, ijsque non hebetissimis aut ignauissimis, in uitæ obscuritate sine periculo delitescere, quàm tam ancipitis aleæ iactu innotescere: ac in summo ocio conatus aliorum licenter censere, quàm tanto negocio maleuolentiam & iniquitatem iudiciorum infeliciter subire. Sed nimis aberro à proposito. Vt igitur ad rem ueniam: Isocrate recognoscendo, in cuius interpretatione prima ingenij mei rudimenta posita fuerunt, plus aliquanto sudatum est, atque genus orationis ita mutatum, ut propè aliud uideri possit: quod qua de causa contigerit, suo loco est à nobis expositum. Sententiarum quidem integritati, quæ una maximè spectanda est fideli interpreti, nec priori editione decessit, nec posteriore accessit multum. Quare neminem fore spero tam iniquum, ut factum hoc meum acerbè reprehendat. Demosthenis autem, de quo nunc potissimum nobis agendum est, alia conditio fuit. Nam in eo conuertendo, maiore & religione & uerborum parsimonia eram usus, & uestigia Demosthenicæ orationis penè superstitiosè persecutus. Quare factum fuit, ut alicubi latina oratio, paulò minus obscuritatis haberet, quàm Græca, in qua uel Plutarchi & Dionysij testimonio summa esse creditur intelligendi quoque difficultas. Accesserunt & errata typographica, opinione mea sanè & plura & grauiora. Parum enim, ut re ipsa declaratum est, uel Oporini cura, uel præsentia mea ualuit, contra operariorum negligentiam & importunitatem: quam quam in scripti exemplaris perturbationem culpæ aliqua pars conferri potest. Sumus enim ipsi malè consuleque scribendo, & expungendis atque inserendis uarijs emblematis, in causa (sed ignoscimus ipsi nobis) ut libri nostri aliquando non optimè describantur. Nam Oporino, cuius domestica consuetudine menses complures sum usus, testis esse possum, qua solicitudine scripta archetypa legat, distinguat, adornet, emendet, antequam excudantur. Eas igitur hac editione mendas omnes sustuli: ac similẽ calamitatem nunc, cum priore conatu quasi glacies fracta & uia patefacta est, uitari posse confido. Prima igitur hæc erit huius editionis utilitas, & quasi præro gatiua: præterquam quòd hæc enchiridij forma rationibus studiosorum, pauperum in primis, accommodatior est: & à locupletioribus magno uolumini, quod & commentarijs & aliorum interpretationibus est locupletius, facile sine detrimento rei familiaris adiungetur. Deinde si qua uel obscurius explicata, uel asperius collocata uidebantur (id quod in imitatione græcæ elocutionis raro effugitur) ea planiora, ut spero, & dilucidiora effecimus: ut quanto ipsius autoris oratio melior & ornatior est, tanto nostra plus & lucis & facilitatis habere uideatur. Sunt etiam explicata nonnulla (ut dies diem docet) quæ nobis antè dubitationis aliquid attulerant. & relicta tamen (ne quid uerum dissimulem) siue deprauata, siue alioqui per se obscura nonnulla, quæ nulla inuestigationis diligentia restituere ac declarare potui. Quod ut ego ingenuè confiteor, ita mihi candidè ignosci uelim: uel hac de causa, quòd eos nodos (ut Horatius uocat) dignos esse uindice, quiuis haud dubiè peritus utriusque linguæ intelliget: nosq; tum hæsitationis occasionem, tum ignorationis excusationem aliquam habuisse fatebitur. Quemadmodum autẽ liberalitatis est, ea quæ habeas, benignè impertiri: sic uerecundi & prudentis animi fuerit, ea quæ non habeas, à locupletioribus corrogare. Atque id mihi fuisse propositum, & Thrasonicam eorum arrogantiam, qui se scire omnia profitentur, displicuisse, uel ex eo conijci potest, quòd ubi ad huiusmodi salebras peruentum fuit, in Isocrate dubitationes meas in calce operis annotaui: atque in Demosthene Græca pridem marginibus adieci: & in fine Annotationum ad primam Olynthiacam mearum, æquos lectores rogaui, ut suum ad me perscribere iudicium non grauarentur. Quod hactenus quidem à nemine, quibuscunque de causis, esse factum cognoui: atque ij etiam me destituerunt, quos coràm oraui, ut suam censuram interponere, ac tum mihi tum alijs utriusque linguæ amatoribus inseruire obscuriorum locorum (quantum fieri posset) illustratione dignarentur. Illud quidem abundè mihi contigit, quo nulli præstantes uiri (etsi ego me in eum numerum minimè refero) unquam caruerunt, ut existerent homunciones ignaui, arrogantes, delicati, maledici, qui caninam contra me facundiam exercerent: quos ego uel opinione sua beatos esse, uel liuore contabescere, uel latratu auras implere facilè patior, & conscientiæ meæ testimonio contentus, & posteritatis æquioribus iudicijs fretus, ualere iubeo. Quæ cum ita sint, ego me, qui ea quæ tenuitas & ingenij & fortunæ meæ ferunt, omnia diligenter fideliterque præstiterim, boni uiri officiò, & reipublicæ literariæ studiosi functum esse confido. Faxit Deus Optimus Maximus, sine cuius fauore frustra nos fatigamus, ut opera mea tantum prosit omnibus, quantum ego uellem: utque labores hi mei eodem animorum candore à lectoribus excipiantur, quo à me suscepti perfectique sunt. Peracerbum enim est, nullo suo emolumento, publicæ duntaxat utilitatis gratia laborantem, uirulentas etiam calumniatorum linguas experiri: quorum susurros atque aculeos si euitare hon licebit, illud me consolabitur, quod Magnus Alexander usurpabat, REGIVM ESSE AVDIRE MALE, CVM FACIAS BENE. Mitigabit & illa ratio dolorem meum, quòd cordati omnes haud difficulter perspiciunt, id genus criminationes non tam ab improbatione magni conatus ac difficilis operis contemptu proficisci, quàm ab æmulatione, maleuolentia, inuidia: quæ in summa turpitudine id solum habet boni, quòd ijs in quorum animis sedem fixit, plurimum affert mali. Ego uerò illorum miseria non delector, sed eos ita felices esse uellem, ut quæ reprehendunt & exagitant, corrigerent, ac longè meliora efficerent. Ita demum & existimationi suæ consulerent, & studiosis prodessent, & meæ famæ, si gratia doctorum indignum esse putant (etsi persuasum habeo, temerè fortasse, sed tamen persuasum habeo, neminem bonum & doctum mihi esse inimicum) incommodarent. Sed bene sperandum potius est, quàm malè ominandum: & huius nostræ laboriosæ conuersionis, atque operosioris etiam recognitionis euentus, fortunæ lectorumque iudicijs permittendus: quæ quo æquiora cognouerimus, eò reddemur ad absoluendos iustos in Demosthenem & Isocratem commentarios, alacriores. Aequitatis autem esse puto, pauculos errores, quos in prolixo opere cauere difficillimum est, & ignorationes, cum eorum quæ fortasse non malè diximus, ac diligenter explicauimus, multitudine comparare. Atque hæc ad lectores siue morosos, siue inuidos, siue etiam imperitos uel monendos, uel placandos, si quid æqui à te impetrari sinet, pertinere uolo. Nam quod ad tuũ de me iudicium attinet, uir amplissime, animo sum & securo & magno. Qui cum pridem conatum meum boni consulueris minus absolutum, idque moribus & studijs meis nondum ita perspectis: planè desiperem, si post tantum à me nunc adhibitũ studium, & tam luculentam orationum atq; epistolarum Aeschinis accessionem, quæ quidem Demostheni magnam lucem, & utilitatem lectoribus haud exiguam cum pari uoluptate coniunctam afferent (ne Annotationes, aliaque complura commemorem) de tua erga me & lucubrationes meas uoluntate dubitarem. Præsertim cum non parui temporis domestica consuetudine, cùm cæteris

in rebus

in rebus excellentem uirtutem, ac ingenij præstantiam, tum humanitatem tuam in tanto fortunæ fastigio admirandam, magna cum uoluptate & fructu meo non pœnitendo cognorim. Itaque Demosthenes opera mea nunc tandem Aeschini, abolito illo ueteri odio, reconciliatus atque coniunctus, denuò se tuo patrocinio commendat: in spe optima situs, te talem clientem nec aspernaturum, neque neglecturum, sed eo habiturum esse loco, quo se dignum iudicaris. Tantum autem tuo acerrimo iudicio tribuit, ut si excellentiæ tuæ probatus fuerit, cæterorum omnium maleuolentiam & obtrectationes animo æquissimo & maximo contemnere decreuerit. Quòd si illud præter spem euenerit, ut & inuida obtrectatorum ora conticescant, & aliqui candorem uiris bonis & doctis dignum in iudicando adhibeant, ea felicitas non tam industriæ meæ, quàm liberalitati tuæ erit asscribenda: qua factum est, ut plus tranquilli ocij nactus, expendere omnia diligentius & perpolire possem. Quod ita fore ut credam, fortunatissimus tuus genius efficit, & uirtute atque ingenio tibi parta autoritas: quarum rerum si ex uberrimo tuo fonte uel tenuem alueolum in nostros agellos deriuaris, lætos honesti nominis fructus aliquando percipiemus. Augustæ Vindelicorum, ex Bibliotheca tua. Idibus Augusti, natali meo: Anno 1553.

HIERONYMVS VVOLFIVS HENRICO

FRATRI, PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE *Doctori, Noribergensi Physico* S. D.

SPECIMEN hoc Demosthenicæ recognitionis & explicationis, ad te, frater, eo nomine maximè nunc mittendum esse duxi: ut ex te potius, & candido & seuero iudice, quid in hoc conatu meo uel probares uel improbares, quàm aut ex obtrectatoribus alienæ laudis & industriæ, aut ex assentatoribus (quorum utri molestiores mihi sint, haud facilè dixerim) maturè cognoscerem, &, pro uirili uel prætermissa adijcerem, uel superuacua resecarem, uel minus bella corrigerem, atque confusa in certum ordinem redigerem. Neque enim is ego sum, qui ita mihi placeam, ut, quid alij de me sentiant, susque deque feram: sed & imbecillitatem ingenij mei, doctrinæq; tenuitatem satis agnosco: & in sententijs eorum, qui acutius uident ac rectius iudicant, libens acquiesco. Etsi enim me unum (ut fert natura omnibus insitus, non cæcus magis, quàm prauus amor sui) perspicere omnia & collimare maximè uellem: tamen cum summos uiros & ueteris & nostræ memoriæ, à plurimis & pluribus in locis reprehendi uideam: admoneri me ab ingeniosis & eruditis hominibus multò & honestius & utilius esse iudico, quàm ab inuidis & morosis censoribus Hipponacteis præconijs celebrari. In quo genere ita sibi aduersus me non pauci nec indocti homines indulserunt, ut æmulatione & morbo animi impulsi, non tantùm modestiæ, & gratiæ, benè de se quoque merito debitæ (Lucubrationes enim meas, ut opinor, non tantùm reprehendendi gratia, tam diligenter legerunt) obliuiscerentur, sed atrocibus etiam iniurijs me onerarent: quas ego Deo iusto iudici uindicandas relinquo, eorumque candore me consolor, qui & benè dictis gratiam, & erratis ueniam à se paratam esse mihi uoluerũt. Quos longè plures esse Zoilis (meliores quidem esse uiros quis dubitet?) multorum & priuatim ad me scriptæ literæ, & in publicum editi libri testantur. Ac illos ipsos Zoilos nihil posse afferre melius, sed ex Vvolfij insectatione famam aucupari, ut ille fecit, qui Ephesiæ Dianæ templum incendit: illud non innuit, sed clamat, quòd intra annos octodecim mea qualiscunque conuersio Basileæ bis, Venetijs semel edita & distracta, iampridem à studiosis de integro flagitatur. Cur igitur isti Attici & Ciceroniani oratores, eam quam ita contemnunt, ut infra omnes infimos homines interpretem abijciant, & sceleris ac sacrilegij reum agant, edita meliore non tollunt? Meam enim interpretationem quanti facerem ipse, iam olim & uersibus & præfationibus modestissimè scriptis, sum testatus: neque mihi ego cum Isocrate & cæteris summis oratoribus, philosophis, historicis, quos latinos feci, eloquentiæ certamen instituì (id quod manifesti furoris esset) neque Græca exemplaria de manibus studiosorum excutere uolui: sed illud efficere conatus sum, ut quos ab ijs legendis difficultatis opinio deterreret, audacia in transferendo mea (agnoscam enim, si istis ita placet, crimen hoc) confirmaret & adiuuaret. Neque meum conatum fuisse irritum, omnes Christiani orbis Academiæ, ne Gadibus quidem exceptis, testantur, nec proscriptionis iniquissimæ iniuria meis à lucubrationibus legendis deterritæ. Byzantinam meam historiam ne Byzantinæ quidem Bibliothecæ excluserunt: sed iam tandem uelut ab exilio reuocatam, honorificè & amanter susceperunt. Sextùm iam Isocrates cum meis commentarijs sub prælo est. An tu censes uel typographos uel bibliopolas in tot millia codicum laborem & pecuniam conferre, ut oleum atque operam perdant? Quis, studiosorum & ingeniosorum hominum tantam frequentiam ita insanire credat, ut eos libros tam auidè legant, quorum lectione non aut meliores, aut doctiores, aut pariatores & ad rectè sentiendum, & ad benè uiuendum, & ad ornatè dicendum euadant? Neque uerò eas mihi utilitates acceptas referri uolo. Absit Thrasonicus iste fal, ut magno alieno labore partam gloriam, uerbis in me transmoueam. Ipsis autoribus ea laus debetur, qui sibi summam eloquentis sapientiæ & sapientis eloquentiæ laudem per tot iam secula uendicarunt. Illud tamen ingenuè plurimi confitentur, se Græca sine interpretatione mea lecturos fuisse nunquam. Ab ijs igitur id consecutus sum quod uolui: rana bouem intumescendo, anser olorem obstrependo, æquare nunquam studui, superare multò minus. Non equidem tali me dignor honore. Fortasse Leontinos quosdam & Vulcani de stirpe satos, & alios semideos atque heroas, natos scilicet melioribus annis, isti manent triumphi. Etsi profectò pugnæ hactenus ab illis depugnatæ, hoc est, oratiunculæ quædam ab istis Ciceronis germanis uersæ, ne ouatione quidem mihi dignæ uidentur. Quid enim in istis aut Cicerone aut Demosthene dignum apparet, præter malè consecuta quædam emblemata, ac centones potius? Quoties à sententijs oratoris toto cœlo, quod aiunt, aberrant? Qui quidem inanibus istis iactationibus cum primis efficiunt, ut mei laboris me iam minus minusque pœniteat. Nec enim isti me de gradu deiecerunt: sed dum altius quàm eorum natura & genius fert, assurgere conati sunt, ultrò prostrati corruerunt, onere suscepto, quod infirmi eorum humeri sustinere nullo modo potuerunt. Sed si quis Hercules aut Atlas potius Demosthenem Romam perlatum tandem aliquando in rostris collocarit, quantopere non modò Quiritibus, sed & Feretrio isti Ioui ipse inter primos congratulabor? Interim ego meum saxum uerso: quod

O` utinam tandem iam summo uertice montis
Consistat, lassumq; sinat requiete potiri.

Sed æmulorum iniquitas effecit, ut & longius ab instituto aberrarem: & contra ingenium & consuetudinem meam aliquid iracundius & arrogantius de me ipse dicerem. Ad te igitur nunc redeo, frater, & à te peto, ut libellum hunc, non modò necessitudinis nostræ, & ab ipsa natura institutæ, & ijsdem studijs confirmatæ, pignus ac monu-

mentum esse uelis, sed censorem etiam agas, tuumque iudicium interponas. Existimatio enim tua eque ac mea hic agitur. Nam cum tibi coniugium filiolas tantùm incolumes donarit, mihi filios uita cœlebs negarit, neque nostræ gentis atque nominis quisquam superstes nobis fore uideatur: libri nostri liberûm loco nobis esse debent, quibus Vvolfianum nomen ab obliuione posteritatis & ab interitu uindicetur. Quò magis etiam opera danda est, ut cum laude & gloria potius, quàm cum ignominia & probro id fiat. Non me fugit, quid causari possis: Multis iam annis tibi ad hæc studia uel respiciendi ocium defuisse: domi cum sis, totius diei discursationibus ad ægrotos, defatigari: sæpe etiam à nobilitate uicina & principibus euocatum, à libris prorsus abesse. Scio ista, & honestas istas occupationes, cum præmijs autoritatis & gratiæ coniunctas, tibi gratulor. Sed idem non concedo, te occupatiorem esse C. Iulio Cæsare: qui eodem tempore bellum Gallicum & gessit, & descripsit. Multi dantur, hyberno præsertim tempore, contractioribus diebus, ad studia reditus: & cum omnia non modò philosophorum & medicorum, sed oratorum etiam, inter quos præcipui tibi fuere Camerarius & Sturmius, dicta, celeritate calami penè incredibili sis assecutus: fieri nullo modo potest, quin illa ita altè animo tuo sint infixa, ut nulla possint obliuione deleri, easque radices egerint, ut solida eruditio, & fructus eruditionis, iudicium, inde pullularit & efflоruerit. Etsi enim, me autore, paulò serius ad utranque linguam & ingenuas artes discendas accessisti: tamen Deus conatus tuos, & diligentiæ assiduitatem ita fortunauit, ut longè & diutius & felicius & constantius sub præstantissimis agonothetis in isto literato stadio, in celeberrimis inquam Germaniæ & Galliæ Academijs, ita decurreres, ut ordinatim honores peteres, & magna cum laude laureolam consequereris. Quare: nihil tibi iustæ excusationis relictum est: cum, quod ego postulo, id tu præstare & debeas, & facilè possis. Si uerò grauior aliqua causa te impedierit: illud certè negari abs te mihi nolim, ut doctorum, quos uarijs in locis habes amicos, & sæpè ipse conuenire, & ab ijsdem conueniri soles, iudicia exquiras, eaq; liberè aperteque ad me perscribas. Minus enim apud te quid sentiant, dissimulabunt, qui offensam animi mei aliquam fortasse uererentur, si eadem apud me expromēda essent: sine causa illi quidem. Is enim ego sum, qui inter calumniatorem & monitorem plurimum interesse censeam. Nam hic quidem ex beneuolentia, & reipublicæ literariæ studio, errata sine acerbitate animi & contumelia uerborum reprehendit μετ' ἐλέγχου καὶ ἀποδείξεως: ille ex inuidia & odio ea uituperat, quibus non edit meliora: sed eo magnum uirum se uisum iri putat, si eos incessat, quibus ingenij monimenta nominis aliquid & gratiæ & autoritatis etiam pepererunt. Vale. Augustæ Vindelicorum. VIII. Cal. Maij, Anno à restituta humano generi salute, M. D. LXVIII.

EIVSDEM ELEGIA AD EVNDEM, Anno M. D. LIIII. scripta.

NORICA dum celebrem medica te laudat in arte,
Atque tibi stabilem præbet amica domum:
Me Lycus Augusta meditantem cernit in urbe:
Non ea quæ cupio, sed mea fata iubent.
Nam quid agam, nisi quæ primis exercui ab annis?
Qui sapit elapso tempore, serò sapit.
Non mihi certa domus, non est mihi lauta supellex:
Census abest, senij qui mala damna leuet.
Ergo tot annorum uani periêre labores?
Irrita Sisyphia saxa reuoluo manu?
Nec mihi quid superest, nisi fessum pondere corpus?
Et minor ingenio depereunte uigor?
Quod si fortè lues teneros grauis occupet artus:
Me nisi Cræsus alet, protinus Irus ero.
Quid bona fama iuuat multo permista ueneno,
Ingenio comes es si malesuada fames?
Felix, in sese sua cui Fortuna recumbit,
Inq; suis opibus quæ sua fata locat.
Is, uaga quæ tulerit Sors, æquo pectore perfert:
Gnarus, ubi quouis tempore quærat opem.
Is neque perfidiam timet, aut leue pectus amici:
Nec metuit domini triste supercilium.
Non clandestinæ timet inuida murmura linguæ,
Quæ ciet inuiti fulmina sæpe Iouis.
Vnus eum modò casus agit, fatalia Regni
Tempora cum ueniunt: cætera tutus agit.
Tutus agit, donec Respublica floret: at illa
Intereunte, minus sit perijsse malum.
Publica dum clades longè lateq; uagatur:
Est leue cum multis, & bene fertur onus.
At mare pauperibus crudele, patensq; malorum
Obuiat, à tergo Barbarus hostis adest.
Omnibus expositi telis feriuntur ab omni
Parte: negat clypeus dilaceratus opem.
Qui nihil in sese nisi nomina uana Sophorum
Possidet: heu quali nauigat ille freto?
Quàm facili ratis illa Noto confracta fathiscet,

Naufragus

Naufragus in medÿs uector ut erret aquis?
Nec ſibi Leucothoen quiuis promittat amicam,
Nec Laertiadæ ſperet ubique Deam.
Quippe, quis haud dubitet? merguntur plurima ponto
Corpora, ſollicita non releuata prece.
Iuppiter his aures aperit: pleroſque repellit.
Quid faciant homines? num Ioue maior homo?
Sorte ſibi dubia qui certos ſpondet amicos:
Vix fruitur uoto, pendet, honore caret:
Euaneſcit amor: uetus omnis gratia dormit:
Quælibet eſt odio cauſa parata graui.
Quiſque fugit miſeros, ne ſe contagia lædant:
Aq; ſua longè uellet abeſſe domo.
Sin fouet, obſcuri tuguri concludit in antro:
Quali clauduntu arcere cortis aues.
Hic ſub amicitiæ ſpecie mala multa feruntur:
Qui queritur, dignus creditur eſſe malo.
Quàm leuiter iuuat oppreſſum mens conſcia recti:
Acrior ex illa fit, grauiorq; dolor.
Ipſe ſuis uitÿs qui peßima quæque meretur:
Iure ſuum luget, conqueriturq; nefas.
Qui dedit ob facinus pœnas, homines ue Deoſ ue
Culpet? habet factis præmia digna ſuis.
Sed ſi quis fugit omne malum, bona quæque requirit,
Officijq; pium ſedulus ornat opus:
Nec tamen hinc operæprecium facit, inq; labores
Incidit innumeros, auxilioq; caret:
Nónne dolor, gemitus, lachrymæ, querimonia, luctus
Si ſubeunt, ueniam res habet iſta ſuam?
Si chorus aufugiat Charitum, Muſæq; recedant?
Si Virtus barathri nolit inire uiam?
Quid mihi Diuarum tot inania nomina profers?
Quid mihi quod fingit Stoa ſuperba ſophos?
Sic Natura tulit, rebus cruciamur acerbis,
Inuiſum donec proÿciatur onus.
Dum premimur, gemimus: gemitus ſub pondere duro
Qui premet, Herculeo robore maior erit.
Quid miri? nec enim de marmore corpora nobis,
Nec dedit è duro corda adamante Deus.
Exagitata malis patientia uicta labaſcet:
Aeger inops fueris ſi ſimul, atq; ſenex.
Hæc ſi fata meæ debentur iniqua ſenectæ:
Hei mihi, cur ſteriles Pieridas colui?
Cur non arripui ſtiuam? libriſq; relictis,
Rus colui? ualidos corpore reddit opus.
Lympha ſitim ſedat: ſuauem dat caſeus eſcam:
Simplicitas animis corporibuſq; placet.
Delitiæ eneruant animos, & corpora frangunt:
Vt nihil aduerſi iam tolerare queant.
Heu quàm res grauis eſt locuplete recedere uictu,
Et non aſſueto rodere dente cibos.
Mox ſubeunt morbi, necis internuncia turba,
Et pudet ex alto ſic cecidiſſe loco.
Sed quid agis mea mens? quid inanibus improba curis
Cor edis? & miſerum me facis ante diem?
Commoda præſentis, quantum potes, arripe uitæ:
Cæca futurorum fata relinque Deo.
Is nihil imponet grauius, quàm ferre ualebis:
Is animo uires ingenioq; dabit.
Nec Fuggera domus, præſtantibus inclyta donis,
Deſeret afflictum, ſed releuabit ope.
Cui quia te fidum præſtas ſine fraude clientem,
Iure patrocinium ſuſcipit æqua tui.

Hanc colito quauis ratione: benigna rependet,
Cum decet, officijs præmia digna tuis.
Hactenus exposui curam, quæ sæpe recursans
Vix aliqua patitur se ratione premi.
Nunc ad te redeo, frater, cui grator adepto
(Gratia dijs) uitæ commodioris opes,
Quòd tua spes superis innixa tenaciter hæret,
Ancora quodq; tuam fulcit amica ratem.
Quam Deus in portum felici flamine ducat:
Et tua uela suo numine prosper agat.
Ipse quidem, ne me lædat mea culpa, cauebo,
Quod licet, & cœptam continuabo uiam.
Quòd si Musa nequit locupletem cudere censum:
Ast animum curis fortè leuare potest.
Fortè potest alijs aliquid conferre docendo,
Atq; bonas mentes conciliare sibi.
Vtq; mei uideas specimen non uile laboris:
Accipe Cecropij uerba Latina fori.
Hoc uigili per me studio curaq; politum,
Denuò propicio sidere prodit opus.
Zoilus improbus & liuor sua uiscera rodant:
Hîc non inuenient, qui iuuet ora, cibum.

AD EVNDEM, DE SCRIPTIONE librorum Emblema.

Arbor iuncta uiæ, folijs fructuq; decora,
Tollit humo ramos, atq; ardua surgit in auras.
Hos quia nec possunt humiles contingere dextræ,
Ignauiq; pedes metuunt conscendere: contis
Percutiunt, saxisúe petunt, frondesq; reuellunt,
Et lacerant pulchros immiti uerbere fructus.
Sic quos ambitio stimulat, socordia uincit,
Ingenijq; stupor: monimenta perennia carpunt
Eminus, inuidiæq; truci fera pabula quærunt.
Arbor at ipsa tamen firmis radicibus hærens,
Læta nouo fructu, & rediuiua fronde nitescet,
Atq; uiatores pomis umbrisq; beabit.

OPORINVS DEMOSTHENI.

Referuntur hi uersus ad eos, qui in fine Vuolfiani græcolatini Isocratis collocati sunt.

Sidus Athenarum, Demosthenes, & pater omnis
Eloquij: duce quo Græcia clara fuit.
Si quantum cupio, tantum mea uota ualerent:
Nemo quidem decori par queat esse tuo.
Sic ego te faciam gemmis auroq; nitentem,
Aspectu radient ut loca quæque tuo.
Sed quia temporibus premimur, belliq; furore
Dulcia Musarum sacra neglecta iacent:
Res angusta uetat preciosas addere uestes,
Mundicijs satis est si queat esse locus.
Allusio ad tempus editionis. *Diplois Isocratem decuit sub frigora brumæ:*
Simpla tibi fuerit commoda uere toga.
Quòd si promissi pars imperfecta relicta est:
Si pars propositæ conditionis abest:
Tum licet exposcas, cum firma pace fruemur:
Tum mea constabit non dubitanda fides.

DEMOSTHENES OPORINO.

Officium collaudo tuum, mentemq; benignam:
Qua tibi uix similem Teutonis ora tulit.
Collaudo uigiles operas, studiumq; perenne:
Quo tibi chalcographa par quis in arte fuit?
Ingenium probo, quod Charites Musæq; bearunt:
Robur & Herculei pectoris acre probo:
Qui superes animo non deficiente tumultus,
Quos dea cæca graui sæpe furore ciet.

Fac

Fac alacer pergas, neq; deterrere procellis,
Qui tua ſuſcipiat carbaſa portus erit.
Te pius admoneat Delphin, quo uectus Arion
Piratas merito tradidit exitio.
Te quoq; (nec procul eſſe reor iam fata) fouebit
Cypſelides: Peniam uincula dura prement.
Sed quid ego faciam? qua uoce monebo tyrannos?
Quodlibet in facinus qui ſine mente ruunt.
Ferrea corda gerunt: nullis penetrabile uerbis
Pectus habent. Taceat, qui ſapit, atque ferat.
Eſt Deus in cælo uindex qui cuncta gubernat:
Solus hic auxilium, cum uolet, ipſe feret.
Solus Oporino grates perſoluere dignas
Is queat: exilij me graue tardat onus.

VITALIS GMELICHIVS SALISBVRGENSIS
ὡς ἀναγνωστῆ.

Hæc Demoſthenis Aeſchiniſq; ſcripta,
Qui Græcæ proceres duo diſerti
Linguæ & præcipui extitêre, duro
Belli tempore patriam regentes,
Nunc rurſum Latio dedit legenda,
Longè quàm prius expolitiora,
Clarus Vvolfius, optimo labore
Præſtantiq; opera iuuans bonarum
Cultores, cupidosq; literarum.
Sic ſunt omnia uerſa diligenter,
Sic purè, nitidè, ſuo colore
Sic ſunt reddita græca uerba noſtris,
Vt Demoſthenea Aeſchinemq; dicas
Latinè melius fuiſſe nunquam,
Nunquam rectius, elegantiusq;
Multis iam propè ſeculis locutos.
Ergo de ſtudijs, amice lector,
Præclarè merito bonis decentes
Grates ſolue, age, Vvolfio: uirumq;
Orna laudibus: & precare diuos,
Muſis perpetuò ſit ut ſuperſtes.

INTERPRES MOMO:

Quid facile eſt? alios reprehendere. Quæ arduа res eſt?
Curare, ut, nemo quæ reprehendat, agas.
Ardua item res eſt, petulantis uerbera linguæ
Ferre: & pro meritis nil niſi ferre crucem.
Quæ tamen hæc inter ſolatia? Liuide Mome
Noſtra quòd exagitas, nec meliora facis.
Bis duo luſtra toga ſpectatur Graius in hacce.
Induet ille tuo munere quando nouam?
Hanc etiam quartùm mea Penelopea retexit,
Staminaq; è filo candidiore parat.
Tu primus non eſſe potes, noſtroq; labore
Parta tibi ueniet gloria, ſi qua uenit.
Primus ego glaciem fregi: primumq; per æquor
Tranſuectum, uicto gurgite, portus habet.
Vexauere quidem fluctus: ſed mergere cymbam
Non potuere: nec eſt ulla ſecuta ratis.
Sic ego primus & alter ero: mox tertius: idem
Quartus ero Latiæ textor ubiq; togæ.
Fors quoque ſolus ero. Facile eſt iactare ſuperbè
Magna: Sed artificem grande probabit opus.

IDEM CANDIDO LECTORI.

Ipſe parens Latij ſermonis Barbarus eſſet,
Funderet Actæo ſi ſua uerba foro.
Quid nos miraris, quos educat horrida tellus,
Perdere græca rudi ſcripta polita ſtylo?

Quiſquis Athenarum uult deguſtare lepôres:
Quiſquis Hymettei flumina mellis amat:
Acer inexhauſtas penetret Demoſthenis ædes:
Quas habitant Muſæ, Gratia, Suada, Venus.
Has loquor, in ueteri quas Palladis incolit urbe:
Quas benè Cadmeæ perpoliere notæ.
Sin iter ignotum, longum, graue, territus horres,
Nec ſubeunda putas, tanta pericla uiæ:
Crede mihi, cura non diſcruciaris inani,
Et licet hanc ſubeas hoſpes amice caſam:
Impiger è uiuo qua nuper ceſpite ſtructa
VVolfius, hoſpitibus conſuluiſſe ſtudet.
Splendor abeſt, fateor, neq; ſurgit in æthera uertex:
Eſt tamen aſſidui grande laboris opus.
Forſan & hic, uelut optata recreatus in umbra,
Mœnia Cecropidum, me duce, clara petes.

Idem Demoſtheni ualedicit.

Vade bonis auibus Demoſthenes inclyte: ſummam
VVolfius impoſuit nunc tibi nanq; manum.
Non quin plura queant forſan præſtare beati:
Prompta ſed è tenui ſunt mea dona penu.

Aeſchines:

τὸ ψοῦδος ὄνειδος ὁ πρᾶτέρω ἀκοῆς ἀφικνεῖτου.

LVDOVICVS CARINVS
HIERONYMO VVOLFIO S. D.

ABrahamo Hœchſtettero, qui mihi tuas literas attulit, cùm ob eas cauſas quas tu commemoras, tum ob tuam commendationem, quæ plurimum momenti apud me habet, ut hominis mihi ſummo amore & ijſdem ſtudijs coniunctiſsimi, nulla in re, in qua opera mea uti uolet, deero. De meo erga te animo ac uoluntate, ſcio te nil dubitare: uelim tamen mihi occaſionem dari ipſa re, quanti te faciam, declarandi. facio autem plurimi, tum ob ſuauitatem facilitatemq; ingenij, tum doctrinam ſingularem, quam tibi ardenti ſtudio, ſummo multorum annorum ſudore, iactura etiam ualetudinis peperiſti. Quæ, ut ſpero, tibi fortunam, in hoc annitentibus amicis tuis, inter quos me etiam numerari uolo, te dignam, & tuis ſtudijs aptã, pariet. Qua in re bonam operam tibi nauarem, niſi hæc tempora iniqua, quæ omnes doctos apud nos premunt, me impedirent. Quæ ſi immutata fuerint, quod quidem fore ſpero, & Deus mihi reditum in Germaniam confecerit: nullam occaſionem tui iuuandi præterlabi ſinam. Interim, mi Vvolfi, te ſpe melioris fortunæ ſuſtenta: quę quo tardior, eo ſplendidior ac lautior (crede mihi) tibi continget: & te ubi ſemel complexa fuerit, ac fouere cœperit, inter Craſſos ac Senecas collocabit: hoc eſt, planè beatum faciet. Vterer hic exemplis doctiſsimorum hominum, quorum tu ſimilis es, tui confirmandi cauſa: quos ſerò quidem, ſed tamen reſpexit tandem, hera illa imperioſa: quæ ſola, ut inquit ille, utranque paginam facit: niſi eorum fortunæ imago, animo tuo impreſſa inſideret. De Demoſthene tuo mihi muneri miſſo, te multum amo: quem ita à te conuerſum eſſe coniecto, ut eum minimè relicto pallio togæ pudere arbitrer. Huic euoluendo, quicquid temporis ex meis occupationibus eripere potero, impendam. Vale, mi Vvolfi: & tibi perſuade, nihil eſſe quod non æquè libenter pro te ac pro me ipſo omni tempore ſim facturus. Ex Pictauio, Idibus Auguſti. Anno 1550.

HIERONYMVS VVOLFIVS D. LVDOVICO CARINO S. P. D.

TOT, tamque illuſtres beneuolentiæ ſingularis in me tuæ ſignificationes, clariſsime uir, mihi gratiſsimæ ſunt: conſolationes autem, quibus iacentem meum animum erigere cupis, διὰ τὰς συγγὰς ἀτυχίας μικροψυχοτέρῳ ἢ λιαν γιγνομένῳ penè etiam neceſſariæ. Tametſi enim non parum uereor, ne, in hac ualetudine, præclaras illas ſpes expectare me fata non patiantur: tamen interim uſura frui quid uetat? Delectat etiam augurium hominis non modò amiciſsimi, ſed doctiſsimi etiam, & longo multarum rerum uſu exercitati. Quare facile patior, te proſpicere aliquid, quod me prætereat. Illud quoque neſcio quid boni ominis habere uidetur, quòd literæ tam lætæ Idibus Auguſti, natali meo (nam eo ipſo die 34. ætatis annum compleui) datæ ſunt. Quod autem me hominem literis uix mediocriter imbutum, inter doctiſsimos numeras: eò plus humanitati tuæ debeo, quò minus iſtæ præclaræ dotes in me reperiuntur. In Demoſthene autem legendo nolim equidem te bonas horas malè perdere. Quis enim eſt Græcis literis eruditus, quas tu ante me natum opinor perdidiciſti, cui non omnes omnium conuerſiones ſordeant? Ego ſanè, qui me puto non omnium eſſe uel delicatiſsimum, uel moroſiſsimum, ingenuè fateor, neminem adhuc eorum etiam interpretum, qui ſe germanos Ciceronis eſſe putant, id à me impetrare potuiſſe, ut, tametſi omnia omnium Græcorum ſcripta nobis eodem, aut etiam meliore genere orationis loquerentur, Græcæ linguæ cognitionem ſuperuacanei laboris eſſe iudicarem. De meis autem interpretationibus quid ego ſentiam, in præfationibus teſtatus ſum. Itaque ſi præclaram iſtam de me opinionem retinere cupis: una hac ratione id aſſequêris, ſi non legeris. Minuet enim, ut ille ait, præſentia famam.

ἀλλὰ

πολλὰ γὰρ καὶ τ' ἐμαυτῶν ποιημάτων καὶ τ' ἐμαυτοῦ ἀλλὰ συγγραμμάτων, ὅτι μὴ ἐν ταῖς λίαν ἰαμβώδεσι τὰς προσῳδίας ἀκριβῶς ἐπιτελεῖ· τὰ δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδιεχόντα, πολυπαθῶς ἐξαιτεῖται λέξαι τῷ ἰλαπίνᾳ ἰλαβών. Sed de hoc pro candore tuo & humanitate ſtatues: neque eos imitaberis, qui cauillandi mei frigidiſsimas captant occaſiones, ipſaque maleuolentia ieiunas: qui, quod ſe facere fortaſſe putãt, nec exiſtimationi ſuæ commodant, nec meæ nocent. Quid enim? nónne loca permulta ſunt Demoſthenis, partim corrupta: partim per ſe ita obſcura, ut uatem oporteat eſſe interpretem? Quòd ſi illi ſibi quàm mihi credi malunt, non inuideo equidem: ſed tamen Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. neque uerò difficile eſt τ' διδασκαλικῶν ἐπιβιβυκότι θρόνων, καὶ ὀρθοίχου καὶ λέξαι ἔχοντι, ἵνα τ' μονομβρὸς αὐχενιλικὸς τοῦς ὥσπερ ὄρθμιλω τινὸς ἰαταδικάσαι. Et, ut in tanto opere mihi ſomnus alicubi obrepſerit, quid tum poſtea? Aliquando bonus dormitat Homerus. Humanitatis certè quidem fuerit, paucos ſiue lapſus ſiue ἀγνοήματα ei condonare: qui, abſit inuidia dicto, id tentarit, quod nemo hactenus præſtare aut uoluit, aut potuit: qui permulta deprauata correxerit, ambigua diſtinxerit, obſcura illuſtrarit. Typographica uerò errata, quæ neminem ferè attentum fallunt, ſcriptori imputare, ſummæ iniquitatis eſt. Ego certè uolens quidem, nullum folium prætermiſi, quin ipſe poſt alios omnes emendarem. ſed importuni illi Cyclopes, dum ego relego, & quàm accuratiſsimè corrigo ea, quæ Oporinum uarijs curis diſtractum, & correctores parum attentos præterierant: imprimere mendoſum exemplum perrexerunt. Ita mihi & labor perijt, & exiſtimatio mea culpæ alienæ pœnas ſæpè dare cogitur. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐγὼ τί ποτε διοίσω. ἐγὼ γὰρ ἀπολογίαν γράφειν, ἀλλὰ τῇ φιλανθρωπίᾳ σου αὐτὸς ἐπιλλειν προσοφείλω. Vt igitur ad inſtitutum redeam, ſi Demoſthenem noſtrum pulla & lacera toga indutum uidebis, cogites uelim, eum euerſam lugere patriam, & in peregrinis finibus exulem & mendicum oberrantem, quicquid detur, æqui boniquè facere. Qua de re uenuſta illa tua figura admonitus, paucos uerſiculos luſi, Muſis & Apolline nullo, fateor equidem, ſed à propoſito tamen noſtro non alienos.

Ο ΛΥΚΙΟΣ ΤΩι ΔΗΜΟΣΘΕΝΕΙ.

δῶρα, μέγ' ἐλλιώων πλέος, ἀτθίδος ἔκγονε γαίης,
ταῦτα λάβ': οἷα σῆνης δῶκ', ἀγανῶσι φρεσίν.
εἰ δὲ πολύχρυσός μοι πρόσωπα γάζα πέφαν:
λαμπρότερος κροίσου μοι βασιλῆος ἔης.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ΥΠΟ ΤΟΥ ΛΥΚΙΟΥ ΜΕΤΗΜΦΙΕΣΜΕΝΟΣ ὁδοιπόρῳ, τὰς ἀττικισμὰς ἐκλαθόμενος.

ὅν ποτε χρυσείοις στεφάνοις, ἐδῆσί τε λαμπρᾶς,
ἑλλάδος ἀνθέσης, εἰδὺν ἀγαλλόμενος:
νῦν ἄρα θαυμάζεις ῥακίοις κεκαλυμμένον ἀσχρῶς
ἀλλοκότοις, εἰδὸς μηκέτι φαιδρὸν ἔχειν:
ὦ φιλότης, οἰκτρῶς διακείμεθα (ὥσπερ ἔοικεν
πατρίδος ὀλλυμένης) ἐν κακοτῆτι φυγῆς.
κἀμὲ τέος γυμνόν τε, καὶ εἰπεῖν οὐκ ἔτι λεινὸν
(τοῖς δὲ σκύθαις ἕλλην βάρβαρός ἐστιν ἀνήρ)
οἰκτείρας λύκιος, γερμανίδος ἔκγονος ἄλκης,
πῶλος ἐὼν πῶλον τλῆ δ' ὑπέδυσε στολήν,
μηδὲν ἄμεινον ἔχων: καὶ ῥωμαίοισι διαλέκτῳ
ὥστε λαβεῖν ἐράων, ἐξεδίδαξε λαλεῖν.
φοῦ χαλεπῆς μοίρας. θανέειν πολὺ βέλτιον εἴη,
ἤπερ γε νῦν ὀλίγη μοι πόσις ὀξὺ φίλη.
ξυξάμενός τε φιλοξείνης θεὸν ἵππιον αἰεὶ
τ' ἀνδρί, ἑδ' ἣ πέμπά μοι, τλῆ δ' ἀπεδώκατο χάριν.

Ο ΑΥΤΟΣ ΨΕΛΛΙΖΕΙΝ ΗΔΗ ΛΑΤΙΝΙΣΤΙ ΥΠΟ ΤΟΥ Λυκίου δεδιδαγμένος.

ATtica dum fuit ingenijs sceptrisq́ superba,
Pallia uestitum Græca dedere mihi.
Ornabant gemmæ digitos, auriq́ corona
Frontem cingebant: purpura totus eram.
Sæpius attonitæ me spectauere cateruæ,
Fulmina iactantem uel metuenda Ioui.
Nunc (humanarum quanta inconstantia rerum?)
Græcia Barbaricis ignibus hausta iacet.
Exul ego Latios mendicus oberro per agros
Nudus, inops, æger, ueste domoq́ carens.
Ignarus Latiæ (clades quæ maxima) linguæ,
Vlli ne supplex (hei miser) esse queam.
Non tulit hoc Pallas, primos ut culta per annos
Diua, senectuti sic ueneranda meæ.
Admonet en iuuenem Germana stirpe creatum,
Præbeat hospitium subsidiumq́ mihi.

Cernis,

Cernis, ait, rugasq; senis, canosq; capillos?
Hic est, quem summo præ Cicerone colis.
Protinus ille mihi collo dat brachia circum,
Oscula defigit, more parentis amat.
Atq; uiro quanquam leuis est & curta supellex,
Cræsi munifico pectore uincit opes.
Excipit hospitio tuguri, potuq; ciboq;
Me fouet, in tali qui solet esse domo.
Deplorat patriæ sortem, casusq; meorum:
Meq; iubet tristem spe meliore frui.
Romanæ tradit fidus primordia linguæ,
Quæ reddam balbo quomodocunque sono.
Denique discessum post tot benefacta paranti,
Hanc dedit (est uestis quæ mihi sola) togam.
Hæc me Romanum multis facit esse uideri.
Quæ si non splendet, num minus ergo tegit?
Me tegit illa quidem: ornatum quis tempore tristi
Expetat? hoc satis est tempore, posse tegi.
Ast huic pro meritis & fido pectore grates
Dij referant: referant, quos colit ille, uiri.

Hactenus Demosthenes βεβαρβαρωμένος (ut uides) χώνιον ὢν ἐν βαρβάροις, quemadmodum Euripideus ille Menelaus: adeò, ut λιπαρολῶ canere potius, quàm ἀστικίζειν uideatur. Sed tu pro humanitate tua, & magistro & discipulo ignoscès: & utrunque, ut facis, commendatum habebis. Vale.
Lutetiæ Parisiorum, 19. Augusti, Anno 1550.

ABRAHAMVS LOESCHERVS LECTORI Demosthenis studioso.

Ecquid, ut innumeras Demosthenis aspicis artes,
Lector ab aspectu gaudia multa capis?
Ecquid, ubi primos uaria dulcedine uersus
Perlegis, immensum dicis adesse decus?
O quàm non falsò, quæ sunt celeberrima, laudas,
Et quibus haud aliquid pulchrius orbis habet.
At simul eloquij uires, & pondera rerum,
Cultaq; nativo uerba lepore notas.
Ecquid inexhausta rerum grauitate moueris?
Et trepidant subito corda subacta metu?
Fallor? an assiduos dum cernis inesse labores,
Atq; putas humeris id fore grande tuis:
Deseris altiloquas magni Demosthenis artes?
Nec, quod cœpisti carpere, carpis iter?
Dij melius: longè cur te sententia fallit?
Cur tuus in primo limine cessat equus?
Quàm non iste graues è messe reducit aristas,
Qui prius ignaua spreuit aratra manu:
Tam nequit æternos doctrinæ tollere fructus,
Qui desperatis ocia rebus agit.
Intendas neruos, animo stimulante labores
Suscipe, susceptos perfice, magnus eris.
Quo minus ingenij est, maiores adÿce curas:
Natura quicquid non datur, arte datur.
Aspice quàm uehemens fuerit Demosthenis ardor,
Quo studio ætatem uicerit ipse suam.
Qui, licet attigerit summæ fastigia laudis,
Ingenium iuuit sedulitate tamen.
Vix bene maturis ætas adoleuerat annis,
Finieratq; suos prima iuuenta dies:
Cum iam Cecropiam timidè prodiret in urbem,
Doctus & illustri solueret ora foro.
Hic quia non potuit strepitus tolerare uirorum,
Protulit & blæso stridula uerba sono:

Risit

Riſit inurbano temeraria turba tumultu:
Battalus, & dixit, quid feret iſte boni?
Quid facis? inſulſo cur uteris improba riſu?
Hic, quod natura non tulit, arte feret.
At linguæ uitium uarios Orator ad uſus
Correxit, uocis conditor ipſe ſuæ.
Ore uolutatos legitur tenuiſſe lapillos,
Verbaq́ continuis ingeminaſſe ſonis.
Sæpe fatigatus longi certamine curſus,
Protulit alternis illa uel illa modis.
Inſuper ad ſpeculum (ſpeculum ſuſpenderat ingens)
Formauit geſtus non ſine laude ſuos.
Vt quoq; uitaret ſociæ commercia uitæ,
Abraſo latuit uertice, multa tulit.
Quid non aſſidui poſſunt ſuperare labores?
Quicquid habes, ſtudium ſuſcipe, uictor eris.
Sic ubi naturam ſapiens induſtria uicit,
Et graue compoſita ſuſtulit arte malum:
Torſit in aſtantes uiolenta tonitrua turbas,
Et circumfuſos perculit ore uiros.
Sæpe coronatos inuicto fulmine Reges
Terruit, & patrijs expulit arma plagis.
Sæpius eloquio pauefactæ profuit urbi:
Et nemo auxilium cum tulit, ipſe tulit.
I nunc, & blæſæ dicas conuicia linguæ:
I nunc, & dicas, quid feret iſte boni?
Ergo age, ſi Graij reſonantia uerba lepôris
Lector amas, ſi te gloria tanta mouet:
Splendida firmato ſubeas penetralia greſſu,
Et reputa quàm ſit turpe referre pedem.
Perge procelloſos cymba percurrere fluctus:
Et ſpes ſit, tumidum uincere poſſe fretum:
Crede mihi, nihil eſt, nihil eſt mihi crede. quod uſus
Non queat, aut longa cura parare mora.
At ſi te uarij ſeries numeroſa laboris
Prægrauat, & tremulam ſupprimit unda ratem:
Ecce laboranti medijs ſuccurrit in undis
Vvolfius, & certo tramite uela regit.
Donat in Auſonias conuerſa uolumina uoces:
Et quo ſint curſu Græca legenda, docet.
Huic Demoſthenei maieſtas illa nitoris
Natiuum tota tradidit arte decus.
Tradidit ornatum, Graijq́ inſignia faſtus:
Et mea iam Latium gloria, dixit, erit.
Hinc quoq; dum meritas capiet facundia laudes,
Vvolfius inſigni nomine notus erit.

NICOLAVS STOPIVS AD candidum Lectorem.

GRæcia, quæ tantis ſua tempora laudibus olim
Extulit, hoc meritò fecit ut illa ſuo
(Nulla uiros etenim tam doctos protulit ætas
Hactenus, aut ſimilis pars fuit ulla poli)
Sic deſerta modò meritò iacet, atq; relicta:
Cordatos potuit quæ malè ferre uiros.
Quantos exilio petulantia punijt atrox?
Quanta & in innocuos carnificina fuit?
Cuncta perire uides falſo moderamine ducta:
Hoc uſus rerum, longaq́ ſecla probant.
Felix, ter felix, præclaraq́ publica res eſt,
Prouida canicies æqua ubi ſceptra gerit.
Attica quum cœpit ſapientum ſpernere uoces
(Ah nimis imprudens) & ſua uota ſequi:

Impia cœperunt graſſari prælia: ciuis
Exacuit ferrum ciuis in exitium.
Etſi omnem mouit lapidem Demoſthenis ardor:
Tam prauos potuit nil moderari animos:
Gr[illegible] nulla fuit, tanto pro munere, digna:
Hunc ſed in exilio ſumpta uenena necant.
Clara tamen remanet uirtus, & gloria perpes
Viuit: & ipſe adeò nunc rediuiuus adeſt.
Hunc atenim terra preſſum tenebriſq; ſepultum
Donauit uita Vvolfius ecce noua.
Doctiloquas igitur cui iam Demoſthenis artes
Eſt perdiſcendi cura, uel ullus amor:
Huc properet: poterit uarios haurire lepores:
Vvolfius ad fontem dulce parauit iter.
Reddidit è Græco, facili ſermone Latinum:
Romanus prodit, Græcus ut antè fuit.
Nudior aſt aliqua ſi parte uidebitur eſſe:
Cum uenia fiet, cauſaq; iuſta ſubeſt.
Pallia, multa tegunt, toga quæ proferre nequibit:
Natiui cultus Graius honore nitet:
Quemq; decet ſua ueſtis, & aptè membra cohercet,
At quî aliena decus conciliabit idem?
Graïs ingenium, Graïs dedit ore rotundo
Muſa loqui: Graios copia larga beat.
Graius mille ſonos modulato gutture promit
Vox Latio ſimplex, eſtq; canora minus.
Attica uerba iubes Romano fundere campo?
Arpinás ue tibi Pæanienſis erit?
Crede mihi nemo poterit præſtare quod optas:
Natura abſimilem fecit utrumq; nimis,
Sed quod præſtari puto poſſe: uolumine in iſto
Præſtitit eximio Vvolfius ingenio.

Aeſopica rana.

Vaſto rana boui, exiguo dum corpore certat:
Filius huic monitor, Deſine mater, ait.
Dirumpére prius: te noſce: negata relinque:
Nam tumor exitium mox feret iſte tibi.
Fabula quò tendit? Demoſthenis æmulus excors
Quid ſtudet? Æquet uti garrula rana bouem.

SEXTI ET VLTIMI
Tomi finis.

RERVM ET VERBORVM IN DVOBVS POSTERIORIBVS OPERIS DEMOSTHENICI Tomis præcipuè memorabilium, INDEX.

ABdera Democriti patria. tomo 6. 66 a
Thraciæ oppidũ. ibide m.
Abderitica mens, prouerb. ibid.
Aborigines 6.75 c
Abrahamus Læscherus Pausaniæ interpres 6.16 c
absentium condemnatorum apud nouemuiros resortitio 5.171 c
abstinẽtia & bellica fortitudo in Demosth. desiderata 5.308 b
ad Absurdum quando aliquid ducatur 5.122 b
Academia 6.135 b. gymnasium. 5.236 b
Academia unde dicta. ibid.
Academici σκεπτικοὶ 6.20 a
Academi herois templum 5.236 b
accusationi qui se obnoxium reddat 5.106 b
accusatoris & rei differẽtia 5.113 c. non eadẽ collocatio 6.22 c
accusatori quibus in criminibus sit supplicandum 5.153 b
accusatori rei qualitas considerada 5.211 b
actio, finis decretorum 6.43 b
actio Demosthenica inferior, oratio superior ueteribus 5.307 a
actio Demosthenis popularis 6. 91 b. de corona quando scripta 5.312 b
actio unde ui 5.160 c. et 5.169 a
actio & pronunciatio, magna pars eloquentiæ 6.205 b
actione unde ui quis postuletur. 5.160 c
actiones fundamentum domus et familiæ 6.38 c
actiones minutæ animos comminuunt 6.44 b
actionum iustarum quis non studiosus 5.108 a. principia. 6.38 c
actiuorum & mediorum uerborum discrimen 6.19
actiuis præteritis Græcorum, respondent deponentia præterita Latinorum 6.19 b
addictorum nexorumq; lex quo ex more ad Romanos manarit 6.363 c
ἄδειν quid Varino 6.76 b
ἀδελφιδοῦς 131 c
ἀδελφιδοῖ. ibid.
adiectiua in ινός acutum desinentia, quomodo explicẽtur 6.12 c. in τὸς desinentia quomodo explicentur. ibid.
adiectiua quæ personis uel rebus adiungi soleant 6.10 b. quibus substantiuis iungi soleant, obseruandum 6.18 c
adiectiuorum passiuè significantium nominũ quæ sit uis 6.12 b
adolescens cur senes anteuertat. 5.34 a
adolescẽtia affectibus rapitur, nõ ratione ducitur 6.28 a. optima ætas, si quis ea rectè uti sciat 6.9 b
τὰ ἀδόμενα 6.76 b
οἱ τὰ ἀδομένων ποιηταὶ. ibid.
ἀδοξᾶν 6.72 c
adhortatio 5.12 a
admonitio. ibid.
aduerbia in ως frequentius à ueteribus Græcis usurpari 6.12 a
aduerbia δεικτικὰ gerũdijs in dum respondere. ibid.
aduersarij callidi, diligẽtissimè cauendi 6.7 b
aduersariorum ignauia sæpe magis quàm suis opibus, crescunt aliqui 6.7 c. rationes quomodo oppugnandæ 5.28 a
contra Aduersariorum uires maiora nostra præsidia producẽda 5.20 a
aduersarios potentes superasse, eadem magna laus est 6.5 b
adulatorum animi submissi 5.25 a
Aeacus 6.77 b
in Aedificijs, cultu & uictu quanta ueterum frugalitas 6.5 c
ædilis 5.128 b
ædilium prærogatiua 5.159 a
ædilitas necessariũ munus 5.165 a
Aegina insula 5.303 a
τὸ αἰὲ 6.96 b
αἰκολογίαι 5.78 a
Aemylius Probus 6.75 b
ærarij depeculatio 6.57 a
Aeschines ad patronos cur nõ cõfugiat 5.77 c
Aeschines Athenienſis orator 5. 333 c. Atrometi & Glauco theæ F. 5.330 c. & 5.332 b c. & 6.59 c. bellus homuncio. 5.76. bene de Philippo meritus 5.111 a. & 5.119 c. Cersobleptæ interitus autor 5.105 a. Cothocides municeps 5.332 c
Aeschines cur Athenis cesserit 6. 101 b. cur Atticæ fortia facta nõ recenseat 5.118 b. cur nõ deceptus 5.95 c. cur populũ fallere uoluerit 5.97 a
Aeschines Demosthenis accusator 5.102 c. & inimicus 5.301 b
Aeschines Eleusinius 5.333 b. magna uoce præditus 5.331 b
Aeschines histrio 5.99 c. homo pusillus 6.88 a
Aeschines hostis 5.92 c. insectator 5.159 b. mendacem Demosthenis linguam exagitat. 6.95 a. pacis suasor 5.94 b
Aeschines picifer 5.353 c. Philocratis amicus 5.98 b. Phocensiũ interitus causa 5.88. a. et 5.89. pueros literas docet. 5.332 c. quando obierit 5.333 c. quorum auditor fuerit 5.331 a. & 5.332 a. Rhodiacã instituit scholam 5.331 c
Aeschines scriba perditus 5.76 a. & 5.118 c. & 5.332. semper cõtrarius Demosthenĩ 5.79 a
Aeschines σπερμολόγος 5.75 c. & 76 a. Thessalorum postulationi suffragatus 6.85 c. Timagoræ similis 5.101 b. Timarcho infestus 5.66 b. totius ciuitatis hostis 5.75 b. Tragicus histrio 5.111 b. uilis & uulgaris homo 5.84 b
Aeschinis accusati causa 5.85 a. cõpositionis turbatio 6.90 b
Aeschinis cõcionem & Philocratis decretum idem esse 5.87 a
Aeschinis cõuiciandi licẽtia 6.92 b. eloquentia 6.205 b
Aeschinis corruptelæ signum 5. 104 a
Aeschinis & Demosthenis cõtentiones 6.57 a
Aeschinis & Dionysij tyranni cõparatio 6.89 b
Aeschinis existimatio Demosthenis dolorem conciliat 5.110 c. existimatio qualis 5.119 b. fratres 5.331 b. fuga 5.317 b. genus 5.330 c. histrionica 6. 86 c
Aeschinis ingenij & eloquẽtiæ penuria 5.215 b
Aeschinis n Philocratẽ & remp. crimina 5.87 b. intemperantia 5.112 a. petulãtia 5.109 b. luxuria 5.111 b. mater incantatrix 5.114 b
Aeschinis mater initiandos lustrauit. ibid.
Aeschinis mores 5.108 a. obiectiones 5.91 a
Aeschinis orationis genus quale. 5.332 a
Aeschinis orationes 5.331 b. parentes 5.333 b. phantasia 6. 93 b
inter Aeschinis pollicitationes & Phocense bellum breuissimũ tempus interceßisse 6.85 c
Aeschinis uita 5.339 c
Aeschinis uita ex Suida 5.333 c. & 5.334 a. uitam cum existimatione non consentire 5.111 b
Aeschinis uox qualis 5.119 c
Aeschini quomodo odium conflet Demosthenes 5.120 a
Aeschinem semper cum Philocrate esse, unde probetur 5.98 c
Aeschyli Eumenidæ 6.83 c
Aeschyli locus 6.25 a. ᾠδὴ σκυθική. 6.76 b. tragœdiæ 5.322 b
Aesculapius 5.317 a. sophista 5. 34 c
Aesculapij in Demosthenem commentarij 5.3
ætas cur per excellentiam de adolescentibus dicatur 5.19 b
ætas ingraueſcẽs & prudentiam affert, & corporis debilitatẽ. 6.28 a
ætatis suspicio 5.112 a
ætatem quæ dotes in primis deceant 6.77 b
Aethra Acamantis auia 6.77 a. eius interitus. ibid.
affectus humanæ naturæ communis quis 5.198 b
affectus leges grammaticæ nõ minus negligunt, quàm reipubl. 6.25 b
affectus rationi obedientes præbendi 6.72 b. remißiores dictionis cõcinnitatem subire nolunt 5.97 c. uehementes uehementioribus soluendi 5.28 b
affectuum commiseratio necessaria 5.178 b
Africanus minor Aemilianæ familiæ ὑπογυστὴς 6.94 c. item familiæ Corneliæ ἀσωτογύστης. ibid.
Agamemnoni in quam sententiã Isocrates Herculem præferat. 6.76 b
ἀγαπᾶν πρὸς τρόγειν cum datiuo. 6.24 a
ἀγαπῶ cum datiuo, & Attice per accusatiuum 5.347 b
Agatarchus cum Alcibiadis concubina rem habet 5.186 c. pictor. ibid.
Agatarchi incarceratio. ibid.
Agauus Athenienſium inimicißimus 5.223 b
ἄγειν πρὸς φόβον 5.363 a
ἄγημα 5.132 b
Agis Spartanus 5.312 b
ἀγνώμων 6.76 a
ἀγνώμων μειτὸν 5.353 a
ἀγνώμονες qui dicantur 5.26 b
ἀγνωμόνως 6.76 b
ἀγνωμοσύνη. ibid.
ἀγὼν 5.213 c
ἀγὼν & πόλεμος 6.61 b
ἀγωνίζεσθαι σὺν τῇ τύχῃ 5.347 c
ἀγωνοθέτης 5.348 b
ἀγοραῖος 5.236 a. & 6.75 a
Agraulus Athenienſium uictima. 5.118 b. una ex Cecropis filiabus 5.117 b
Agrauli ædes 5.117 b. interitus. ibid. sorores 5.118 b
agricolæ & mercatores ab admittendo bello quomodo deterrẽdi 6.9 a
agricolæ qui 5.19 b
Aiacis rates Salamini adductæ. 5.114 c
αἰδεῖσθαι 5.363 a
αἴδεσις 5.360 b
αἰσχύνη & αἰδὼς quomodo differant 6.114 c
αἰτίᾳ unde formetur 6.10 a
ἀκαιρία 6.20 a
ἀκατάστατος 6.12 b
ἀκινάκης 5.238 a
ἀκολαβῆσαι 6.63 b
ἀκόλαβον. ibid.
ἀκόλαβος substantiuum quid 6. 63 b. item adiectiuũ. ibid.
ἀκοσμεῖν 5.364 a
ἀκύειν 5.358 b
τὸ ἀκρίτως 6.98 a
ἀκρόδρυα 6.137 a
ἀκροωτηριάζειν ἢ ἀκροωτηριάζεσθαι. 5.353 c
ἄκυρον 5.219 b. & 5.360 c
alabastrotheca 5.113 b

alacritas homines acres nunquam rebus gestis contentos, quiescere patitur 6.8 c
ἀλαζονάκα ἀγωνάκα cõtraria 5.35 b
Alcetas octauus Macedoniæ rex. 6.135 a
Alcibiades dux optimus 5.186 a. Græciæ princeps. ibid.
Alcibiadis damnatio 6.97 a. de cretum 5.142 a
Alcibiadis et Midiæ comparatio. 5.186 a
Alcibiadis luxus 6.79 a
Alcidamantis artes 5.305 a
ἀλάστωρ 6.13 b
Aleuadas tyrannide in Thessalia potitus 5.18 a
Aleuadarũ gratus animus. ibid.
Aleuadas Philippus tyrãnide deiicit. ibid.
Alexander laniſtam Sicyonẽ restituit 5.65 c. per insidias cæsus 5.302 c. Philippi F. 6.10 a
Alexandri in Demosthenem commentarij 5.3
Alexandri Magni dictum 6.208
Alexandro principatum decretũ fuisse, unde appareat 6.66 a
aliena habere pro suis, legibus cõtrarium 5.169 a
cum Aliquo quæ conferũtur, quatuor loci 5.162 a
ἀλλὰ νὴ Δία 5.357 b
ἄλλως tria apud ueteres significare 5.24 c
Alope Cercyonis filia 6.77 b
ἀλωπεκόννησος 6.52 b
ἀλθάνειν 5.342 c
Alus Athenienſibus amica 5.85 b. Thessaliæ opp. ibid. & 5.273 c
Amazonum habitatio 6.76 a
ambitio & auaricia nullã necessitudinis rationem habet 6.8 c
amicitia inter quos esse & nõ esse possit, uidendum 6.7 c
amicitiæ principium laudatio 6.27 a
amicitiã nihil à dijs immortalib. melius 6.76 c
amicitiæ & inimicitiæ mortaliũ non sunt immortales 6.5 b
amicitiæ & societates sæpe magis coactæ, quomodo uoluntariæ 6.18 a
amicitiarũ duo genera 5.161 c
amicorũ malis insultare, improborum esse hominum 5.197 a
amissum reperiri potest, mortuũ uerò restitui nequit 5.116 b
amitini 6.131 b
ἀμμορία 6.52 c
ἄμμορος. ibid.
amori nulla uia est inuia 5.322 a
amorum geminæ uiæ. ibid.
Amphictyones cum Delphis habitasse 6.59 a
Amphictyonium 6.195 a
Amphipolis ex sola socordia amissa 5.15 a
Amphipolitanum bellum cur Philippo & Athenienſibus graue 6.23 a. quot talentis Athenienſibus constiterit. ibid. & 6.44 c
Amphipolitani clementer à Philippo habiti 6.22 a
ἀμφισβητῆν 6.93 b
Amphissa Locrensiũ urbs 5.337 b
Amphissense bellum 6.67 b
Amphissensium pœna 6.95 c
amplificatio ecphrasi & narrationi maximè cognata 5.166 c
amplificationis locus maximus 5.155 c. ratio 5.89 a
amplificationem congeries continet 5.125 b
amplificationes unde fiant 5.89 c
amplificationes affectum mouere 5.106 c
ἄμπυξ 5.343 a
Amyntas Macedoniæ rex 5.302 c
Amyntæ tres filij. ibid.
ἀναβάνειν 6.71 b
ἀναβάλλειν 5.347 c
ἀναβάλλισθαι τὸ ἰμάτιον 5.272 b
ἀναβαλόμην, ἀναβαλέμην. ibid.
ἀναβιβάζειν 6.93 b
ἀναβολὰ 5.361 a
ἀνάγνια αὐδάριστ 6.81 c
ἀνάγνωσις 6.137 b
ἀναδύεσθαι 6.54 c
ἀναδὺς βλέπειν 5.272 b
ἀνάδλω, ἀνίδλω, ἀναδλῶς. ibid. & 5.275 c
ἀναιρῆν τὰς χρήνας 5.356 c
ἀναπομπὴ 5.351 b
ἀναπομπίσασθαι. ibid.
ἀναπνέειν 5.361 b
ἀνάπλοις 5.176 a. & 5.361 b. & 6.116 b. & 6.134 b
ἀνάπαυσις 5.341 b
ἀναφορὰν 5.352 b
ἀναφορὰν τὴν ἀτίαν ὑπ' ἄλλου. ibid.
ἀναφορὰ 5.352 b. 5.364 a
ἀναφρασθ. 5.384 a
ἀνασυρὴ 5.337 b
ἀνάσπασμ 5.384 a
Anaxilas 5.319 b
Anaximenes philosophus 5.340 b
ἀνδραγαθία 6.79 a
ἀνδραγαθῆν, ἀνδραγαθίσασθαι. ibid.
ἀνδρία, ἀνδρία 5.272 c. 6.173 b
Androtiana oratio 5.309 a
Androtion ærarium depeculatur. 5.213 b. cur in impietatis crimine nummos dependerit 6.197 a. qua ratione triginta tyrannos superarit 5.212 c
Androtionis sæuitia. ibid.
ἀνεψιαδῆ 6.131 a
ἀνεψιάδης 6.130 a
ἀνεψιάδης ὁ ἀνεψιαδῆς 6.131 a
ἀνεψιὸς. ibid.
ἀνεψιὸς quid Græcis iurisconsultis. ibid.
ἀνεψιοὶ unde dicantur 6.130 a
ἀνεψιότης 6.131 a
animas pro hominib. & iumẽtis quædã gentes usurpãt 6.67 b
animus cuius haud facilè uerum prospiciat 6.53 c. in deliberationibus in omnes partes est uersandus 6.6 b. ingenuus seruilibus ministerijs parũ aptus 6.55 b
animi iniusti, iniusta actio 5.62 c
animi omissi proprium 5.35 b
animo cognatus 5.140 a
animi amasiorũ quatenus solis honestis amatorib. dediti 6.77 a
animi generosi hostium successus prædicari, æquis animis nõ ferunt 6.8 c
animi unde oriantur 5.70 b
animorum infirmitas 5.23 c. rebus aduersis deiectio 6.46 b
animis hominum quæ natura ingenerauit, semper et in omnes sunt eadem 6.9 a
ἀνὴρ ἀπίτιμ 5.361 b
ἀνὴρ unde deriuetur 6.10 c
Annictridis aurigatio 5.323 c
annonæ penuriæ, reipub. perturbatio 5.129 a. ubilitas & copia populo gratior, quàm decus & laus 6.55 a
annus bisextilis 6.109 b
ἄνοια quid 6.62 c
ἄνω ποταμῶν, prouerb. 5.116 a
ἀνωμαλία, ἀνώμαλ 6.89 a
Antalcidas pacis conciliator 5.114 b
Antalcidæ turpis pax 5.133 c
ἀντανιλᾶν 6.101 c
anteuertendi metaphora 5.28 a
ἀνθιστάσθαι 5.345 a
ἀνθιστάμενα 6.102 b
ἀνθρωπομὸς 5.155 a
ἀνθρώπου etymologia 6.10 c. rationẽ quã Plato adferat. ibid.
antihypophora 6.194 a. antitheseos pars 5.22 b. quid 5.16 a
ἀντασφάλειαν 5.358 b
ἀντίγραφα 5.363 c
ἀντιγραφεῖοι. ibid.
ἀντιγραφεύς 5.210 c. & 6.94 c
antigraphiarij 5.363 c
ἀντίγραφον 6.70 b
ἀντιλαμβάνεσθαι 6.20 b
ἀντιλαγχάνειν 5.361 c
ἀντιμισθίσασθαι 5.345 a
ἀντινομίαι uetitæ 6.115 c
Antipater Alexandri Magni successor 6.28 c. à Græcis uictus 5.338 c. captus Athenis quomodo reip. statũ tranquilliorem fecerit 6.59 a. Pharsalum capit 5.318 b. Philippi & Alexandri successor 6.46 a. 6.50 c
Antipatri animus in Demosthenem 5.326 a
ἀντιπερίστασις 5.254 c
Antiphontis supplicium 5.308 c
ἀντιπίπτον 5.16 a. & 5.246 b
antipipton, anthypophora & antithesis quõ differant 5.16 a
antipipton unde emergat 5.139 b
antistaticon 5.91 c
ἀντρίβεια 5.16 a. 5.246 b
antithesis quid ab anthypophora differat 5.122 a
ἀντιτιμᾶσθαι 5.364 b
ἀντωμοσία 5.100 a
Antonius à Parthis uexatus 6.25 c
Antrone Thessaliæ opp. 5.273 b
ἀπάγειν 5.357 b
τὸ ἀπάγειν ἀντὶ τοῦ ἀποστρέφειν 6.112 a
ἀπαγωγὸ 5.208 a. 5.239 b
ἀπαλλάττεσθαι 5.364 b
ἀπαλωάω 6.128 c
ἀπαντῆσαι πρὸς τὴν λυρίαν 5.360 b
ἀπαντήσεις 5.337 b
ἀπαρτῆσαι τὸν λόγον ἀγραφῆς 5.342 c
ἀπειρεσιαλία 6.20 a
ἀφανὴς οὐσία 6.134 b
Aphepsion Bathippi F. 5.120 c. legis rogator 5.139 b
Aphetæ Thessaliæ locus 6.167 a
Aphidna, Atticæ municipium 6.173 b
Aphidnæum municipium 5.176 c
Aphobetus Aeschinis frater 5.333 a
Aphthonij locus 6.114 b
ἀπογραφὴ 5.366 b
ἀπογράψαι 6.136 b
ἀπομνύναι 5.366 a
ἀποφάναι. ibid.
inter Ἀπόφασιν et ἀπόφανσιν plurimum interesse 6.66 b
ἀποφάσιν λόγον 5.366 a
ἀποφάσιν ἢ ἀπογράφειν γραφὴν. 5.351 b
ἀποινᾶν 6.17 c
ἀποινία. ibid. & 6.75 c
ἀποινίζειν 6.17 c
ἄποινον 6.53 b
ἄποινος 6.17 c
ἀπολιμὰ 6.48 a
Apollinis cultus 6.95 b. fani cõflagratio 5.186 b
Apollinis Lapicidæ tẽplũ 5.236 b
Apollinis responsum 5.117 b
Apollini ædẽ Athenienses extruũt. 5.236 c. in ludis Pythijs spectatores quales mitti soliti 5.100 c
Apollodorus absens pro contumaci cõdemnatus 6.137 a. theatralem pecuniam in stipendia militum conuertere aggressus. 5.13 b
Apollodori filia à Theomnesto ducta 6.135 b
Apollophanes 5.111 c
ἀποστάσεις 5.66 c
ἀποστέννυμι 5.338 c
ἀποστολὰς 5.257 b
ἀποστελλόμενοι 5.268 b
ἀποστολὰ. ibid.
ἀποστολὰς. ibid.
ἀπόστολ quid ueteribus 5.268 b. & 6.48 a
ἀπόστολον quid Athenienses uocẽt. 5.265 a
ἀπωλᾶν 6.26 a
ἀποτιμᾶσθαι 5.273 a
apparare de die conuiuium, quõ Donatus exponat 6.70 a
ἄπραγ 6.123 a
ἄπρατον 6.90 c
ἄπρατ 6.123 a
Apsinis in Demosthenem cõmentarij 5.3
aquæ in iudicijs mensuram cur oratores acceperint 5.183 b
aquæ dulcius ex ipso fonte bibuntur 6.203 b
aquilones quot dieb. caniculæ exortum præcedant 6.45 c
arbitratu suo omnia constituere, magnæ est potentiæ 6.8 b
arbitri cur certis diebus in loco aliquo certo cõuenire moris fuerit 5.171 c
arbitri, etiam legitimi quidam iudices 5.160 c. quando rationes

nes Athenis retulerint 5.172 a
arbitrorum usus 5.366 b
arbitrij subscriptionem transcribere 5.171 b
arboris scientificæ fructus protoplastis interdictus 6.68 b
Arcades Athenienſium socij 6.64 a
Arcades in Thebanos officiosi 5.63 a. societatem Athenienſiũ expetunt 5.60 c. Thebanorũ socij. ibid. Thebanis coniuncti, Athenienſibus restiterunt. 6.64 c
ἀρχαῖα quid Demosthenis 5.16 b
Archebius triremium præfectus. 5.226 c
Archelaus primus Olympiorũ institutor 5.108 b
Archestratus argentarius 6.125 a
Archiades Medyllidis frater 6.93 a
Archias Cholargenſis 5.210 c
Archias ὁ φυγαδοβύρας 5.314 b. 5.138 b. 5.324 c
Archidamus Atticæ inuasor 6.93 b
Archidami concio quali orationis genere constet 5.51 b c. de Thebanis conquestio 6.64 c. 5.350 a
ἀρχων 6.17 b. ἀπώνυμος 6.109 a
ex Arce expunctos quos Græci dicant 5.364 c
ἄρχοντες 5.361 a
arcuum extructio in urbibus nõ tã munimentum est salutis, quàm firmamentum seruitutis 6.9 a
Arcturi ortus 6.124 b
Areopagita à Timocle corruptus. 6.67 c
Areopagitæ cur certo numero circunscribi nõ potuerint 5.362 c
Areopagitarũ numerus incertus. 6.131 b. seueritas 6.94 c
Areopagiticus senatus cur sacrificum legerit 5.180 a
Areopagitico senatui capitalia iudicia credita 5.180 a Eumenidum sacra mandata. ibid.
Areopagus 5.362 c
Argas poeta 5.335 b
ἀργεῖμ 5.340 c
in Areopago capitales causæ tractari solitæ 5.180 b
Argæ cognomen unde Demosthenis tributum 5.304 b. 5.335 b
Argiuorum detrimentiũ 6.196 a
Argolicus sinus 5.339 b
ἀργὸν 6.191 b
Argura Eubœæ locus 5.184 a
Argyritæ 5.359 c
Argyrij & Philepsij derisio 5.238 b
Ariobarzanes Persa Athenienſiũ inimicissimus 5.223 b. Thraciæ rex 6.111 c
Aristarchus ab Eubulo accusatus. 5.199 b. cur fugam ceperit 5.176 c
Aristarchi cædes 5.157 b. fuga. 5.178 b. suspicio 5.176 c. quibus artibus diluta 5.177 a
Aristo ab Aristogitone accusatus. 6.114 c
Aristocratea oratio 5.309 a. duplex 5.214 c
Aristocrateæ orationis tria exordia 5.215 b
Aristocratis oratoris decretum 6.167 b
Aristodemus, Archiadæ neptis F. 6.133 a. Græciæ proditor 5.43 c. 5.273 b
Aristogiton cur non puniendus. 6.114 a
Aristogitonis accusatio 6.113 c. 6.114 c
Aristogitoni cur causas agere non liceat 6.113 c
Aristogitoniana oratio 5.309 a
Aristomachus 5.114 c
Aristonicus Marathonius 5.326 a
Aristonici decretum 5.71 b
Aristonis Peripatetici patria 5.335 a
Aristophanis à delirando qualis compositio 5.32 c
Aristophanis locus 5.86 b. 5.272 c. 6.24 b. 6.59 b
Aristophon sæpe accusatus, & nunquam cõdemnatus 5.71 a. tributorum exactor 5.200 c
Aristophontis minæ 6.82 a
Aristoteles & Plato philosophorum principes 6.10 a
Aristotelis locus 5.31 a. 5.347 a. 6.49 a. 6.72 b. 6.97 b
Aristotelis testimonium 5.327 b
armis quæ recuperanda sunt, iure persequi turpe 6.52 c
arrodere 5.270 b
arrogantes frigidi 5.107 c. quãdo frigidi dicantur. ibid.
arrogantiæ crimen apud auditores quis effugere dicatur 5.225 c. opinio cur oratori cauenda 6.6 c
arrogantiæ proprium 5.35 b
ars naturæ imitatrix 6.15 b
artium præcepta ad multas & uarias causas traducẽda 5.96 b. non citra diligentiẽ inquisitionem accipienda 5.96 b
artium præceptis quando utendum. ibid.
Artemisia 6.63 c. Cariæ regina 5.57 a Mausoli soror & coniunx. ibid.
Arthmij proscriptio 6.55 c
articuli cum aduerbijs degenerãt in nomina adiectiua 6.23 b. iuncti præpositionibus participia sæpe includunt 6.18. c. substantiuis locorũ & gentiũ nominibus & præpositionib. uel aduerbijs additi, sæpè commodè redduntur 6.53 a
articulorum usus & collocatio. 6.10 a
Arymba Philippi uxoris patruus. 5.16 a. rex Molossorũ 5.15 c
ἀσέλγεια 5.150 c. 5.267 a
ἀσελγάνειν 5.360 a
ἀσελγάνιδαι. ibid.
ἀσελγὲς 5.150 c
asinus apud Cumanos, prouerb. 5.347 b
asinorum cerebrum 6.52 b
Asopus Bœotiæ fl. 5.343 a
Aspasij in Demosthenem commẽtarij 5.3
ἀσπιδοποιεῖον 6.124 c
assessores iudicibus olim dari soliti 5.193 a
Aster Methonæus miles eius telo inscriptio. ibid.
asteriscis loca dubia in Demosthene notata 6.114 c
ἀστράβη 5.184 a
ἀστράτευτος 5.30 c
astrologorum dissensio 6.109 b
ἀστωσμία 6.75 a
ἀστώσμος 5.236 a
ἄτακτος 5.30 c
Atarneus tyrannus 5.249 a
ἀτίλης 6.75 a
Athenæ nũc Sethyna dictæ 6.5 a. quando à Mahomete funditùs delctæ 6.17 c
Athenarum decem tribus 5.54 a
Athenarum diuisio 6.55 a. insignis humanitas 6.5 b. urbis in decurias distributio 5.26 c
Athenienſis populus misericors. 5.194 c
Athenienſem populum quomodo Demosth. depingat 6.66 a
Athenienſes à Demosthene in Eubœam concitati 5.309 b. ab hoste imbecilli superati 6.47 a. ad Aegospotamos uicti 6.85 a. cur Lacedæmonijs bellum intulerint 5.26 a. inducias Phocensibus offerunt 6.93 a. libertatis perpetui amatores 5.35 a. magno prælio à Lacedæmonijs uicti 5.133 c. ob ἀμυνταίαν sapientissimi habiti 6.97 a. per quos deos iurent 5.197 a. precib. & pollicitationib. uicti 6.51 a. propter seditionem dementissimi habiti 6.97 a. pugna magna uicti 5.72 c. sapientissimi habiti 6.6 a
Athenienſium arrogantia à Philippo punita 6.21 b. clades. 6.67 b. consuetudo oppressis libertatem restituere 5.65 b
Athenienſiũ decem tribus 5.26 c
Athenienſium decretũ Philippus metuit 5.119 b
Athenienſiũ delicta 5.129 c. duces nõ ἀνασώτους 6.21 a. ἀνασβολία 5.347 a. olim prouerbio exagitata 6.20 b
Athenienſium & Lacedæmoniorum nauale prælium 5.135 b. semper summa fuit inter Græcos autoritas 6.17 a. urbes, duo Græciæ oculi 5.90 b
Athenienſiũ εὐτυχία noctuæ Palladiæ beneficio celebrata 6.20 b. exultatio 5.311 b. ignaua eloquentia 6.38 b. ignauia 6.52 b. inconsulta temeritas 5.347 a. insignis humanitatis laus 6.81 b. intelligendi acumen 6.71 b
Athenienſium legatio 5.314 a. mœnia à Lysandro diruta 6.67 b. numerãdi ratio 5.88 b. opinio 5.36 c. potentiæ exaggeratio 5.20 c. prudẽs institutũ 6.5 a. reprehẽsio 6.41 b
Athenienſium reprehensio cũ excusatione Demosthenis 5.311 b
Athenienſium serui 5.25 a. socij. 5.55 b
Athenienſium trepidatio 6.76 b. turbationis causa 5.33 c
Athenienſibus Philippus formidabilis 6.18 a
Athenienſes bonitatis & iusticiæ laude floruisse 6.76 a. plura fortunæ beneuolentiæ, quàm cõsilij prudentia confecisse 6.6 a
Athenienſes posse Philippi potentiam euertere 5.18 a. scortatores à suggesto arcuisse 6.81 a
ἀθλητικοὶ 6.12 c
ἄθυτα 6.96 c
ἄτιμα 5.361 b. 5.363 a
ἄτιμος 5.348 b
ἄτιμοι 5.361 b. 5.365 a
ἀτιμάζω, ἀτιμάω 6.84 a
ἀτίμητος ἀγὼν 6.126 a
ἀτίμητον 5.173 a
Atrometus Aeschinis pater 5.330 c
Attica eloquentia 5.340 b
Atticæ duplex bellum 5.12 a
Atticorum distinctio 6.76 a
Atticis quid familiare 5.64 c
Atticos per præteritum sæpe loqui de futuro 5.360 b
ἄττης puer Phrygius à Rhea adamatus 6.101 b
audiendi molestia quæ non fugienda 6.6 a
audientibus assistere 6.76 b
audire licet omnibus, perorare nõ item 6.72 a
auditor in urgentibus & magni momẽti rebus ui attrahendus. 5.8 b. nõ à solis oratoris uerbis pendere, sed quæ opus sunt omnia considerare debet 6.7 a. quando attentior fiat 5.5 b. quõ excitandus 6.7 a
